GRAMMATICA
SEV
INSTITVTIO
POLONICÆ LINGVÆ,

In qua
Etymologia, Syntaxis, & reliquæ partes omnes exactè tractantur,

Ex libris [redacted]

In vsum exterorum [redacted]

EDITA [redacted]

Authore [redacted] 1756.

FRANCISCO MESGNIEN Lotharingo.

Cum Gratia & Priuil. S. R. M. Polon. & Suec.

DANTISCI,
Sumptibus GEORGII FÖRSTERI
Bibliopolæ Regij, A. D. 1649.

Illustriss: ac Excellentiss: Domino,

D. MICHAELI CASIMIRO RADZIWIŁ,

Illustriss: ac Excellentiss: Domini,

D. ALEXANDRI LVDOVICI RADZIWIŁ

S. R. I. PRINCIPIS,

DVCIS IN OLYKA ET NIESWIEZ,

COMITIS IN MIR, SZYDLOWIEC, ET KROZE,

Supremi M. D. L. MARSCHALCI,

Vpiten. Iurborſcen. Nowowolen. &c. &c. CAPITANEI,

Necnon Szawlenſis & Olitenſis Adminiſtratoris

FILIO.

Domino & Mæcenati Colendiſſimo.

ACceptorum non meminiſſe beneficiorum ingrati animi peſtis eſt PRINCEPS

)(2 ILLV-

ILLVSTRISSIME. Etſi enim plurima eiuſmodi ſint, quibus pari votorum numero reſponderi nequeat, nulla tamen ita ingentia, quibus nō aliqua mutuæ beneuolentiæ ſpecies ab vnoquoq́; mortalium exhiberi poſsit. Quippè vt non inſolita, ita nec iniucunda ſpectantium oculis virtus eſt, etiam paruorum cum magnis æmulatio. Quod & ipſi mihi nunc accidiſſe lætor, cùm eximia RADIVILORVM in me beneficia, hoc perexiguo Polonicæ Grammaticæ à me ſub Tuis auſpicijs in lucem editæ munere, quoquo modo compenſare ſtudeo: in quo etſi optatam conatus mei metam non attigero,

gero, tamen vt vel primos ad illam faciam paſſus lucrum cenſebo. Quin & iſtud inter præcipuas felicitatis meæ partes eſſe duxero, quod munus hoc meum ei offeram PRINCIPI, in quo vti Heroica adeóque RADIVILIANA, ſimul cum ætate creſcit Dignitas, ita par dignitati reſpondet animus. Veſtrum enim eſt ILLVSTRISSIMI PRINCIPES RADIVILI in tantum ſua rebus omnibus diſpēſare pretia, vt quicquid Honori Veſtro fuerit conſecratum, paruum illud licet ac genere ſuo vile ſit, magnum exinde aliquid eſſe Generoſi Veſtri affectus beneficio incipiat. Ea

ſcilicet Heroum vt in conferendis beneficijs munificentia, ita & in recipiendis eorum, quibus commodant, erga ſe obſequijs, eminet Celſitudo, vt in vtroq; non tam proprium quàm alienum intendant bonum, ſuâ ipſi contenti Maieſtate. Affine profectò quiddam habent lucis claritas, & Principum ſplēdor; cùm æquè illius ac iſtorum quaſi vnica naturæ ac fortunæ meta ſit, alios communicatione ſui felices facere, non fieri. Neque verò etiam ego huc collimo PRINCEPS ILLVSTRISSIME, vt aliquo meorum obſequiorum ſtudio fortunatior fias aut illuſtrior. Amens eſ-

ſem ſi & iſto tam obſcuro ingenij mei munere Honoris Tui ampliſſimi aliquod quærerem incrementum. Nemo eſt qui à tenebris expectet lucem, & rebus in ſe alioqui clariſſimis ſperet aliquam poſſe ſuperaddi ſplendoris partem. Quis enim non videat Gentilitiam Tuam AQVILAM rerum à ſe præclarè geſtarum alis longè altius euolaſſe, quam id aut oculis cerni liceat, aut linguis exprimi? Erraret facilè quiſquis illius altitudinem nubium altitudine metiretur. Solent equidem humanæ animorum acies, populari quodam ſenſu abripi, & neſcio quas occidentis citiùs quàm

orientis fortunæ nubeculas auidiùs admirari; nihil ſe iam altiùs ſpectare poſſe arbitrantes: Verùm ſi Tua ijſdem ſe ſpectandam præbuerit AQVILA, aliud illicò ſentire, & veræ gloriæ celſitudinem huius ingenio rectiùs definire (ni maleuolus oculis palpum obtrudat liuor) adigentur. Neque enim eò ſe tantum RADIVILLIANÆ Gentis Honor extulit, vt communis vitæ ſpatio terminetur. Etiam ipſas Illuſtriſſimorum Tui Nominis Virorum cineres, quos hodie fatalis vrna contegit, non ſine aliquo reuerentiæ titulo cogitamus; cùm & quos vixiſſe nos dicimus fama loquatur

immortales. An enim ſilentur illi Nicolai, Ioannes, Georgij, Chriſtophori, Caroli clariſſima totius Europæ, veriùs dixerim, vniuerſi Orbis lumina, illibatus Generis Magni Sanguis? quos Exercituum Duces fortiſſimos, Senatores vtiliſſimos, Viros quâ officiorum, quâ meritorum Gloriâ ornatiſſimos, grata ſemper memorabit Patria. Sed veniam dabis calamo PRINCEPS ILLVSTRISSIME, quod is rudioribus hactenus concinnandis Grammaticæ aſſuetus voculis, in ampliſſimi Nominis Tui laudes (quod proprium Oratorum non Grammaticorum eſt) excurrerit. Iſta ni[illegible]um

est Generis Tui toto orbe celeberrimi prærogatiua, vt nulla eius, possit fieri à quopiam recordatio, quin simul eidem insit quædam laudandi necessitas. Cæterùm ego qui breuitati sermonis consulo, opportunum fore censeo, vt ab Illustrissimæ Domus Tuæ laudibus tantispèr vel inuitus abstineam, ne sermo gloriæ pulchritudine abreptus, aut magnitudini meritorum succumbat, aut inter infinitam dicendorum multitudinem exitum non reperiat. Quod verò mei maximè muneris est, supplex Illustrissimæ Tuæ Celsitudini accido, & meam hanc quantulamcunque operam Honori

Tuo

Tuo pridem à me destinatam, nunc re ipsa offero. Acceptabis non dubito hæc exigua officij mei in Te studia: quæ etsi offerre negligerem, Tua esse nõ desinerent; ipso scilicet iure Tui supra me dominij Tibi obligata. Cresce & Viue diu PRINCEPS ILLVSTRISSIME, istamq; meam Nomini Tuo æternùm deuotam venerationem, eo quo soles beneuolentiæ affectu promoue.

Illustrissimæ Tuæ Celsitudinis

Seruitio addictissimus

FRANCISCVS MESGNIEN.
Lotharingus.

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

CVM ego per aliquot iam annos in Polonia moratus vernaculæ licet Linguæ addiscendæ, non ignauam locauerim operam tantum tamen profecerim, vt non rarò cum Polonis miscendo colloquia, risum audientibus mouerem; nec vndè id orietur percipere possem, Bibliopolarum Officinas omnes Cracouiæ alibiq; perlustraui, num forsan percontando aliquam Grammaticam reperirem: quæ crescentem in dies Polonicæ Linguæ addiscendæ, cupiditatem meam aliquo modo iuuaret; sed vt nullam inueniri posse aduerti, imò à plerisq; responsum habui, Linguam hanc quippè grauem & difficillimam non posse facilè in certas leges Grammaticorum redigi, animum in vetitum semper magis nitentem ad attentam Polonici sermonis obseruationem applicare cogitaui, ex qua deindè perspicere possem, num certis tale idioma comprehendi regulis ac præceptionibus possit, & factum est vt modos loquendi in familiaribus colloquijs obseruando à varijs varia sciscitando, post longas circa hoc vigilias tandem ad has quas tibi modo offero legendas, Polonicam Linguam redegerim regulas. Quâ in re si naturam ingeniumq; meum aliqua eius difficultas fortè superauerit, nec satis aptus paratusq;

hanc

hanc Prouinciam subijsse videbor huius certè laboris me inprimis nouitas excusabit, Nihil & perfectum simul & inuentum est, vndè si quos maleuolos ad meum hoc opusculum carpendum vituperandumq; inuidia impulerit, videant primò nè priùs carpant, quàm mea corrigant; at si corrigere non valent, aut non sciunt, ne vituperent, quæ sibi nulli vsui fore arbitrantur. Cæterum satis mihi sit alienigenæ viam Polonus præmonstrasse ad componendum quid meliùs publicoq; vsui magis seruiens. Tu interim Lector beneuole grato velim animo meum hunc qualemcunq; laborem suscipias, legas, peruoluas, haud inutilem tibi forè promitto. Lingua enim Polonica præterquam quòd per seipsam constans & Nobilissima, adeoq; scitu digna Lingua est, præterea propter frequentissima Germanorum, Gallorum, Italorum, Vngarorum, Scotorum, aliorumq; exterorum in Polonia degentium commercia, illis sanè perutilis ac necessaria videtur. Et quia adeò difficilis est, vt vsu quotidiano aut lectione tantùm assequi nemo possit, quin ferè in pronunciando aut colloquendo sæpiùs impingat, idcircò ad euitandum huiusmodi erroris periculum imò etiam aliquando audientium risum, Grammaticam hanc quasi rectricem accipe ac sequere Linguæ difficultates faciliori negotio superaturus.

Quemadmodum verò Gallicæ Linguæ difficultas in vocalibus efferendis consistere omnis videtur, sic etiam Linguæ Polonicæ difficultas pendet à gemina

prolatione consonantium, quarum copiam habent maximam, ita vt in vno vocabulo septem vel octo consonantes inuenias cum vnica tantùm vocali, vt in dictione chrząszcz / scarabæus. *Vndè extraneo illusuri proponunt hanc locutionem pronunciandam*, vgryzł chrząszcz chrząszczá w grzbiet / scarabæus scarabæum à tergo momordit; *quod vix vllus alienigena ritè proferre queat. Ne desperes tamen, labor improbus omnia vincet, lectione frequenti, crebris colloquijs & mediantibus his quas tibi trado regulis, Linguam tandem alioqui difficillimam addisces, quod tibi ex intimis mihiq́ opto.*

VALE.

Imprimatur.

IVSTVS SŁOWIKOWSKI Canonicus & Archipresbyter Cracouiensis, Illustriss: Suæ Celsitudinis Causarum Auditor Generalis, de mandato Illustrissimi.

Datum Cracouiæ die 22. Febr. A. D. 1649.

DE LITERIS earumq́; pronunciatione.

ALphabetum huiuſmodi in puerilibus, vt vocant, elementis ſeu Abecedarijs habent Poloni: A a á ą b b́ c ć d e é ę f g h i k l ł m ḿ n ń o ó p ṕ r s ś t u w ẃ x y z ź ż.

Nota inprimis, quòd literæ omnes ſimpliciter abſq́; puncto aut virgula poſitæ, eâdem ferè ratione, quâ apud nos pronunciantur; punctis autem & virgulis notatæ, aliam à communi pronunciationem habent, nam punctatæ excedunt in duritie, vt żelázo / *ferrum*, oracz / *agricola*; virgulatæ verò in mollitie, vt zielony / *viridis*, oráć / *arare*. Quæ punctationes etſi in vulgari ſcriptione ab ipſis Polonis raró adhibentur, obſeruandæ tamen omninò ſunt exteris, præſertim quando notabilis ſignificati diuerſitas id requirit, vt lata / *volat*, látá / *anni*, łata / *resarcit*, łáſká / *gratia*, laſká / *baculus*, nic / *nihil*, nić / *filum*, wolał / *malebat*, wołał / *clamabat*.

A itaq́; triplicem habet pronunciationem; cum enim ſimpliciter ſcribitur ſine puncto aut virgula, tunc craſsè pronunciatur ferè vt o, ſiue vt Gallis *au*, vt ma / *habet*. Cùm verò puncto ſuperiùs notatur ſeu virgula, á tunc aperto ore profertur, vt nobis a ſimplex, v. g. ſámá / *ipſa*. Cùm tandem virgula transfigitur ą / habet diuerſum à ſupradictis ſonum, & Polonis proprium eſt; ac cum n pronunciatur, palatum tamen linguâ non attingendo, reſpondetq́; Gallico *on*, v. g. mąká / *farina*, Galli ſcriberent *monca*.

B́ duplex eſt, ſimplex nobiſcum commune, vt bárzo/ & virgulatum ſeu accentu ſuperiùs notatum, & hoc molliùs & cum i eſſertur, ſed ita vt vix illud i audiatur, vt kiełb' / *fundulus.* Quod etiam intellige de alijs literis mollibus, quæ virgulâ ſuperiùs notantur, vt ſunt in p' w' / in quibus vix dignoſcitur in pronunciando differentia, ideóq; non procul aberrabis, ſi eas modò pronunciaueris vt duras ſed puncto carentes m p w. in ć tamen ń ś & ź magna eſt differentia, & longè molliùs eſferuntur, quàm c n s & z ſimpliciter ſcripta.

Hæ omnes literæ molles ſeu accentu notatæ, hoc peculiaris habent, quòd non admittant poſt ſe vllam vocalem niſi mediante i / quod i coaleſcit in vnam ſyllabam cum ſequente vocali, & præcedente conſonante, vt kiełb' / *fundulus*, in Genitiuo non habet kiełbá ſed kiełbiá/ quod eſt diſſyllabum, & ſic in cæteris tàm nominibus quàm verbis. Contra verò duræ omnes & puncto notatæ, vt ſunt ż cz rz ſz & ł nunquam i ſed y poſt ſe admittunt, quod y illæ molles nunquam habent poſt ſe.

B in fine dictionis profertur vt p Drab/ quaſi drap/ *Miles vagus.* Quod euenit etiam in alijs nonnullis literis d g w z ż/ d enim vt t/ g vt k/ w vt f/ z vt s/ ż vt ſz in fine dictionis pronunciant. verbi gratiâ rad / *libens*; poſag / *dos*; lew / *leo*; woz / *currus*; iuż / *iam.* lege rat / poſak / lef / wos *ſeu* wus / iuſz. Et hoc etiam accidit in media dictione ante has conſonantes f k t / & vt plurimùm ante c ć cz ſz s & ś / paulò tamen molliùs, v. g. gadká / *ænigma*, quaſi gatká; powtarzam / *repeto*, quaſi poſtarzam. & w poſt eaſdem conſonantes f k & t immediatè ſonat etiam vt f twarz/ *facies*; kwit/ *quietatio*; lege tfarz/ kfit.

In

In reliquis hæ literæ idem valent & ſonant, quod apud nos.

C apud Polonos ſemper ſibilat, & nunquam vt k profertur, quemadmodum apud Latinos ante a o v fieri ſolet: pronunciatur autem ferè vt ts quàm breuiſſimè prolatum, vt cáły/ *integer*, cudny/ *pulcher*, quaſi tſáły / tſudny. Idq; fit quando ſimpliciter abſq; vlla nota ſcribitur, ſi enim notetur ſuperiùs accentu ć ſibilum mollem edit, adinſtar ferè *c* Italici ante *e* & *i* in vocabulo, v. g. *cecità* ślepotá; vt wić/ *reſtis*, nić/ *filum*; paulò tamen molliùs effertur quàm *c* Italicum, nec adeò premitur linguâ palatum. Hanc pronunciationem retinet ſemper ſequente i vt ćiáło/ *corpus*, quod i vt ſupra innui ſemper adſcriptum habet, niſi finiat ſyllabam, non ſcribitur enim ćáło/ ſed ćiáło omninò debet ſcribi, ſic de omnibus alijs accentu notatis intellige.

Cz aſperum Galliſq; prolatu difficilem ſonum habet, duriùſq; profertur quàm prædictum *c* Italicum, altiùs linguâ palatum feriendo, vt klucz/ *clauis*.

Ch pronunciatur ex gutture, vt apud Germanos; chudy / *macer*.

D vt apud noſtrates. In fine vt t. iam dictum eſt.

Dz pronunciatur paulò molliùs quàm *g* Italicum, in dictione *generale* vel *ginocchio*; vt dźiki/ *ſylueſtris*. Si tamen z non ſit notatum accentu, vtraq; litera ſeorſim pronunciatur, vt widze / *video*, quaſi wid ze.

E triplex eſt. Simplex & ſine puncto preſsè & ad y accedente ſono, profertur ferè vt in vocabulo Italico *veramente*, aut vt *e* Gallicum in dictione *verité*. Alterum accentu notatum ore diducto, & clarè pronunciatur vt primum *e* in vocabulo

Gallico *teste* vel *estie*. exempli gratia, rzéke/*dicam*, rzeke/*fluuium*, piérze/*lauat*, pierze/*pluma*; in primo enim apertum est e/ in secundo pressum seu clausum, quod ipsimet Poloni plerumq; cum suo y confundunt.

Est quidem maximè diuersa pronunciatio horum e; quia tamen ab omnibus scriptoribus, & à plerisq; Typographis interpunctio ista negligitur, ab vsu id pendere videtur quod regulis comprehendi non potest.

Tertium e virgulâ transuersum Polonis proprium est, & cum n molliter effertur vt en; in Gallicis monosyllabis *mien*, *tien*, *sien*. verbi gratia robię/ *laboro*; scriberet Gallus *robien*.

F vt in Latinis.

G durum sonum semper habet, etiam ante e & i/ vt gadam/ *loquor*, srogi/ *seuerus*; licet in Latinis ante *e* & *i* illud pronuncient vt *i* vocalem, v. g. *Regina* quasi *Reina*.

Hic etiam nota quòd nunquam post g & k scribitur immediatè e nisi intercedente i/ neq; vnquam habent y post se immediatè sed i.

H effertur ex gutture molliter, ferè vt in Gallicis vocabulis *Henry*, *hardy*. v. g. hárdy/ *arrogans*.

I semper vocalis sonum retinet. Diligenter autem in pronunciando distinguenda est ab y/ nisi sæpissimè impingere, vocabulorum significationem confundere, interdum etiam ridiculus esse velis. Pronunciatur autem i apertè vt apud nostrates; y verò medium sonum inter e & i obtinet, Germanis non admodum pronunciatu difficilem, effertur enim vt prima in dictione *Vbel*, sed Gallis alijsq; Nationibus meâ sententiâ difficillimum; sic tamen facilè eius prolationi assuesces, si volens id

id pronunciare à dentibus linguam paulò remoueris, sic enim rectè y pronunciabis; i verò nequaquam etiamsi velis, poteris, quod vsu melius quàm præceptis comparabis. Exempla: lyžká/ *cochlear*, ližká/ *Vulpecula*, bil/ *percussit*, byl/ *fuit*.

Hoc præterea discrimen est inter i & y/ quòd i sequente vocali efficit sæpè cum ea vnam syllabam, y nunquam. v. g. iásny/ *serenus*, dissyllabum est, tyie/ *pinguesco*, etiam dissyllabū. Contra verò præcedente vocale, y cum ea coalescit in diphtongum, secus i v. g. moy/ *meus*, monosyllabum est; moi/ *mei*, dissyllabum.

L duplex est, commune vt lás/ *sylua*, lid/ *populus*, quod plerumq; cum i pronunciatur, ferè vt Gallicum *il* in vocabulo *bailler dax*, vel Italicum *gl* in dictione *egli* ipse, molliùs tamen vt vix i percipiatur aure. Alterum est cancellatum ł/ quod alijs linguis ignotum, adeòq; peregrinis prolatu difficile est, facilè autem reddetur, si superiores dentes extremitate linguæ molliter feriantur, vt łež/ *mendacium*, cáły/ *integer*. Hoc ł vt dictum est, nunquam habet post se i sed y; præcedente autem i profertur simul cum e/ quod nonnulli minùs periti scribunt, v. g. bił/ quasi biel. Hoc ferè euenit ante m & r. v. g. imbir/ quasi imbier/ im/ *ipsis*, quasi iem.

M & N vt in Latinis, quando tamen accentu seu virgulâ superiùs notantur, molliùs & cum i aliquo modo proferuntur, *in* præsertim ferè vt *gn* apud Gallos, *on* ignorant, ignarus, & Italos ignorante ignarus & ingratus; v. g. Pánie/ Domine, quasi Págne.

O triplex assignari potest, primum & sæpissimè vsurpatum pronunciatur cum *u*, vt apud Italos in vo-

cabulo *buono*, vbi non totum ſentitur *u*, & hoc præſertim in principio ſyllabæ, vt orác / *arare*, owoc / *fructus*, owo / *ecce*, o / *de*; deberent ſcribere Galli *ouo* vno ſpiritu & breuiſſimè proferendo quaſi eſſet vna ſyllaba Dixi in principio ſyllabæ, nam in allatis exemplis owo & owoc / ſecundum o iam vt noſtrum pronunciatur.

Alterum ergo eſt nobiſcum commune, vt dobry / *bonus*.

Tertium ad u accedit, quod à nonnullis accentu notatur, & hoc præſertim vſurpatur in media ſyllaba, ſeu ante conſonantem quæ dictionem terminet vel ſyllabam, vt lod / *glacies*, woz / *currus*, Lwow / *Leopolis*, quaſi lud / wuz / Lwuf / nam in fine ſyllabæ iam profertur vt noſtrum o, v. g. do Lwowá / *Leopolim*, non legendum eſt du Lwuwá / ſed ſimpliciter do Lwowá. Dixi accedere ad u / nam u preſſiùs paulò pronunciatur, eſt enim differentia inter lod / *glacies*, & lud / *populus*, & ſic in reliquis.

P vt in Latinis: p′ vide B.

Q litera carent Poloni.

R vt apud Noſtrates.

Rz in eadem ſyllaba, duriùs & cum ſtridore quodam profertur, quod vix ſine voce Magiſtri explicari poſſit.

S ſimplex vt in Latinis effertur, nunquam tamen vt z. v. g. ſol / *ſal*.

S accentu notatum molliter ſibilando effertur, ferè vt *ch* Gallicum in *cheual*; vt silá / *vis*, vel *multum*, wieś / *pagus*.

Sz duriùs quàm *ch* Gallicum pronunciatur, altiùs tenendo linguam ad palatum & vehementiùs ſibilando, vt proſzę / *rogo*, ſzátá / *veſtis*.

T vt apud Noſtrates.

W conſonantis naturam nunquam induit, ſed vocalis

ſemper

ſemper manet, etiamſi alia ſequatur vocalis, vt wyďę / *cedam, euitabo.*

W verò profertur vt V conſonãs in Latinis v.g. Varia, veritas, nec vnquam fit vocalis. Widzę / *video.*

X vt in Latinis. Si ſequatur i / idem valet quod kś / quod etiam non pauci loco x ſcribunt, vt Xiąże / *Princeps*, Xiądz / *Sacerdos*, alij ſcribunt Książe / Ksiądz.

Y medium habet ſonum inter e & i / vt ſupra explicatum eſt in litera i.

Z triplex eſt. Simplex & cum noſtro commune, vt zamek / *arx*, virgulâ ſuperiùs notatum, quod mollem ſibilum edit, ferè vt *g* Gallicum ſeu *i* conſonans in vocabulis, *ie*, *ego*, *giron*, *gremium*; & punctatum ż quod cum ſtridore profertur ad modum ß / pronunciando ſed leuiùs palatum tangendo; żabá / *rana*, żoná / *vxor*.

Diphtongi perpaucæ ſunt ay ey iy oy uy / vt day / *da*, tey / *huic*, moy / *meus*, wyść / *euadere*, vbi y quidem pronunciatur, ſed tamen quaſi eſſet vna ſyllaba.

Has difficiliores pronunciationes literarum, præſertim ł y ż & compoſitarum dz dż rz ß ſcz / &c. vſu potius quàm præceptis addiſces. Quæ tamen in his regulis habes, à quocunq; tibi explicari & efferri facilè iubere potes, ad captum & libitum tuum.

Obſeruandum hic eſt in obliquis tam nominum quàm verborum, mutari ſæpè literas nonnullas, ſunt autem, verbi gratiâ

A in e / biały in Comparatiuo bielßy / *albus, albior*; wiárá / *fides*, in Datiuo wierze.

ą in e błąd / *error*, in Genitiuo błedu / ſic in cæteris caſibus.

ę in ą święto / *feſtum*, in Genitiuo plurali świąt / *feſtorum*;

ſtorum; aliquando in o alibi, imię / *nomen*, imioná / *nominis*, *&c.*

o in e vczony / *doctus*, in Comparatiuo vczeńßy / *doctior*, piorę / *lauo*, pierzeß / *lauas*.

ch in ß bláchá / *lamina*, in Datiuo bláße.

d in dz trzodá / *grex*, in Datiuo trzodźie. Jdę / *eo*, idźieß / *is*.

g in dz nogá / *pes*, in Datiuo nodze.

k in c & cz czapká / *pileus*, in Datiuo czapce / tlukę / *tero*, tluczeß / *teris*.

ł in l biały / *albus*, bielßy; máły / *paruus*, máluśki / *paruulus*.

n ſequente e / aſſumit ſæpè i / vt giñę / *pereo*, gińieß. Jan / *Ioannes*, in Vocatiuo Jańie. Sic ś & aliæ illæ molles literæ.

r in rz ſárá / *parochia*, vel *parochialis Eccleſia*, in Datiuo ſárze. Wiárá / *fides*, in Datiuo wierze. piorę / *lauo*, pierzeß / *lauas*.

t in ć / vt Stároſtá / *Capitaneus*, in Dat: Stárośćie; błoto / *lutum*, w błoćie / *in luto*; plotę / *nugor*, plećieß / *nugaris*. Et ſi quæ ſunt aliæ, quas vſus docebit.

Atq; ſic videor omnem pronunciandæ linguæ Polonicæ rationem perſecutus, ſequitur vt de ipſius partibus ordine agam.

DE PARTIBVS LINGVÆ POLONICÆ.

PArtes, quibus linguæ Polonicæ corpus conflatum eſt, habentur octo vt in Latinis, nam articulo carent Poloni, ſed tantùm vt Latini in diſcernendis generibus vtuntur Pronomine Demonſtratiuo, ten / tá / to / *hic, hæc, hoc*; cuius inflexionem ſuo loco infra proponemus, cùm de Pronominibus agemus.

DE

DE NOMINE.

ACcidentia Nominis hoc loco explicanda ſunt ſeptem: *Genus, Motio, Species, Comparatio, Caſus, Numerus, Declinatio.*

DE GENERE.

REGVLÆ GENERALES.

Nomina Virorum & Menſium ſunt Maſculini Generis, ſic & Fæminarum nomina Fæminini. Exceptis tamen quæ per diminutionem, aut alio quocunq; modo in *e / c / vel* o terminantur, tunc enim ſunt Neutrius Generis. Cætera Nomina cuius ſint Generis, ex terminatione dignoſcuntur. Quare ſint

REGVLÆ SPECIALES.

Maſculini Generis ſunt Nomina deſinentia in i & y/ b/ d/ f/ g/ ch/ k/ ł/ m/ n/ p/ r/ s/ t/ ſine vlla quam ſciam exceptione, niſi fortè ſint propria mulierum, vt tá Páni Goſpodyni / *hæc Domina Hoſpita.* Exempla ten kiy/ *baculus*, chleb/ *panis*, grad / *grando*, cyrograf / *chyrographus*, brzeg/ *ripa*, dách/ *tectum*, bok/ *latus*, doł/ *fouea*, dom/ *domus*, dzwon/ *campana*, dowćip/ *ingenium*, dwor/ *aula*, czás / *tempus*, gwałt / *vis*, *violentia*.

Fæminini Generis ſunt Nomina deſinentia in á & z purum, vt tá rozgá/ *virga*, maź/ *axungia*, gáłąź/ *ramus*. Exceptis ſolùm Nominibus proprijs, vt ten Stároſtá / *hic Capitaneus*.

Neutrius Generis sunt omnia Nomina desinentia in e/ e/ & o/ sine vlla omninò exceptione, vt to pole/ *campus*, dźiecie/ *puer, infans*; berło/ *sceptrum*. Vsu tamen factum est, vt iam pleriq; sic loquantur Kśiąże przyiáchał / potiùs quàm przyiáchało / *Princeps venit*, & sic in alijs huiusmodi casibus. Cætera Nomina exceptiones patiuntur; Nomina enim in c sunt Masculini Generis, vt ten pálec / *digitus*, koc / *gausape*. Excipiuntur tamen pauca in oc / quæ sunt Fæminini Generis, vt noc / *nox*, moc / *potentia*, pomoc / *auxilium*.

Sic Nomina in l Masculini Generis sunt, vt hándel/ *commercium*, bol / *dolor*. Excipe tá sol/ *sal*, kądźiel / *colus*, kąpiel / *lauacrum*, kobiel / *fiscella*, pościel / *stratura*, látorośl / *gemina*, myśl / *cogitatio*, biel / *pulpa*, vel *caro arboris*.

Nomina in w sunt Masculini Generis, vt gniew / *ira*, Lwow / *Leopolis*. Excipe tá konew / *cantharus*, chorągiew / *vexillum*, márchew / *siser*, brew / *supercilium*, dryiákiew / *theriaca*.

Nomina in z lene seu sine accentu, Masculini pariter Generis sunt: vt bez / *sambucus*, guz / *nodus*.

Nomina in ż durum seu punctatum, & consequenter Nomina in cz ß & rz sunt Masculini Generis, vt ten noż / *culter*, miecz / *ensis*, płaßcz / *pallium*, koß / *corbs*, pieprz / *piper*. Excipe tá drapież / *præda*, straż / *custodia*, rzecz / *res*, obrecz / *circulus*, rozkoß / *voluptas*, myß / *mus*, kokoß / *gallina*, potwarz / *calumnia*, krocz / *incessus equi temperatus*.

Nomina verò desinentia in ć dź ń p' & ś cum accẽtibus, sunt Fæm: Generis, vt tá nić / *filum*, chęć / *propensio*, miłość / *amor*, łodź / *nauicula*, czeladź / collectiuum *famuli*, broń / collect: *arma*, iábłoń / *pomus*, ßtap' / *æqualis gressus*, wieś / *villa*, geś / *anser*.

Excipi-

Excipiuntur ten łokieć / *Vlna*, vel *cubitus*, śledź / *halex*, gwozdź / *clauus*, koń / *equus*, Poznań / *Poznania* vrbs, Wiedeń / *Vienna*, & pleraq; Vrbium Nomina in ń desinentia, aliaq; Appellatiua in eń / vt cień / *Vmbra*, dzień / *dies*, grzebień / *pecten*, ięczmień / *hordeum*, pierścień / *annulus*. Præterea ten Ryś / *Panthera*, łoś / *alx*, łosoś / *salmo*, karp / *carpio*. Et si quæ sunt alia, quæ vsus docebit.

DE MOTIONE Nominum.

Adiectiua mouentur apud Polonos omnia, per tria Genera & tres terminationes: vt Dobry / *bonus*, dobra / *bona*, dobre / *bonum*. Swięty / *Sanctus*, święta / *sancta*, święte / *sanctum*. Quæ in omnibus Adiectiuis terminationes obseruantur, ijs tamen exceptis quæ in gi & ki desinunt: vt srogi / lekki / in quibus Neutrum fit à Masculino addito e lekki / *leuis*, lekka / *leuis*, lekkie / *leue*; srogi / *seuerus*, sroga / *seuera*, srogie / *seuerum*; & ratio est, quia in nullo verbo Polonico videbis post k vel g sequi e / nisi interposito i.

Excipiuntur etiam parua desinentia in ny / quæ duplicem in Masculino habent terminationem: vt Godny & godzien / *dignus*, godna / *digna*, godne / *dignum*; powinny & powinien / *debitus & debitor*, powinna / *debita*, powinne / *debitum*; pełny & pełen / *plenus*, pełna / *plena*, pełne / *plenum*; sic & wszytek / wszytka / wszytko / *totus, tota, totum*, vel *omnis*; ieden / iedna / iedno / *Vnus, Vna, Vnum*; & alia Pronomina de quibus infra, & tandem Participia in quibus tollitur aliquando vltima litera: vt miłuiąc & miłuiący / miłuiąca / miłuiące / *amans*;

bie

bit vel bity/bita/bite/ *percussus, a, um.* Sic ferè terminantur deriuatiua possessiua, vt oycow/ *Patris* vel *paternus* pro oycowy.

Substantiua autem mouentur per duo tantùm Genera: vt sunt Bog/ *Deus*, Bogini/*Dea*, Krol/*Rex*, Krolowa/ *Regina*, Kśiąże/ *Princeps*, Kśiężná/ *Principissa*, Pan/ *Dominus*, Páni/ *Domina*, Woiewoda/ *Palatinus*, Woiewodzina/ *Palatina*. Sed in his vsum consule.

DE SPECIEBVS Nominum.

Deriuatorum Nominum quinque sunt classes, Patronimica seu Gentilitia: vt Gdańszczánin / *Dantiscanus*, vel *Gedanensis ciuis*, à Gdańsk/*Gedanum*, sic Krakowiánin/ *Cracouiensis*, à Krákow/ *Cracouia*, & in Plurali vt plurimùm Gdańszczánie/ Krákowiánie/ quasi à *Cracouia*. In Fæminino Krákowiánká/ *fæmina Cracouiensis*, Mieszczánin/ *ciuis*, mieszczká/ *ciuis fæmina*; in Plurali vsitatiùs quoque Mieszczánie quàm Mieszczáninowie; sic Lothárynczyk/ *Lotharingus*, Niderlándczyk/ *Belga*, Lwowczyk/ *Leopoli oriundus*, in Plurali owie/ regulariter. Item Krolewic/ *filius Regis*, Krolewná/*Princeps, filia Regis*, à Krol/*Rex*, Woiewodzic & Woiewodzanká/ *filius & filia Palatini*, *Palatinides*, kráwczyk/ *filius sartoris*, (quod & Tyro in arte significat) kráwcowná/ *filia sartoris*, à Kráwiec/ *Sartor*. Cætera huiusmodi cùm formare tibi non poteris, vtere vocabulis Syn/*filius*, aut corká/*filia*, cum adiectiuo possessiuo: vt Kráwcow syn/ *filius sartoris*, Janowá corká/ *Ioannis filia*, *&c.*

Posses-

Possessiua: vt Woiewodzin/ *Palatini*, seu *pertinens ad Palatinum*, oycow/ *patris*, brátow/ *fratris*, (dicitur & brátni) Fráńciszkow/ *Francisci*. Fiuntq; à Datiuo primitiui dempto in Nominibus primæ Declinationis i/ vel mutato (si Datiuus in u desinet) u in ow; vt Fráńciszek/ *Franciscus*, in Datiuo Fráńciszkowi/ tolle i remanet Fráńciszkow. In Nominibus verò secundæ Declinationis, fit ab eodem casu Datiuo, e finali mutato in in vel yn/ vel solum n/ si sit iam i/ vt śiostrá/ *soror*, in Datiuo śiestrze/ vnde śiestrzyn/ *sororis*, mátká/ *mater*, mátce/ mátczyn/ *matris*, Woiewodá/ *Palatinus*, Dat: Woiewodźie/ hinc Woiewodzin/ *Palatini*.

Vbi nota Fæmininum horum possessiuorum, cùm absolutè ponitur sumi pro vxore primitiui illius, v. g. Fráńciszkowa/ id est *Vxor Francisci*, sic Janowa/ *Ioannis Vxor*, Stárośćina/ *Capitanei Vxor*. Quòd si vir in ski appelletur, vxoris nomen seu cognomen erit mutato solùm i in a/ vt Janowski/ Janowska/ *Vxor Ianowski*; & sic in cæteris, quia Nomina in ski non gignunt ex se possessiua.

Cæterùm hæc Nomina Possessiua fiunt à quolibet Nomine etiam proprio, ita vt non nisi perrarò ponatur Genitiuus possidentis, sed Adiectiuum possessiuum, inter quod si intercedere debeat titulus aliquis, is ponitur in Genitiuo, sed tamen non Genitiuus possidentis, imò Adiectiuum vt dictum est, v. g. Páná Oycow noz/ *Domini Patris culter*, Páná est in Genitiuo, Oycow tamen est Adiectiuum in Nominatiuo, & sic longè meliùs, quàm si diceres Oycá.

Denominatiua: vt Człowieczy/ *humanus*, żelázny/ *ferreus*, &c.

Verba-

Verbalia: vt zbáwienie / *saluatio* seu *salus*, zbáwiciel / *saluator*, à zbáwie / *saluo*; pisarz / *scriba*, pisánie / *scriptio*, pismo / *scriptura*, à piße / *scribo*. Horum formationem non nisi vsu addisces.

Diminutiua in quibus Poloni sunt felices & copiosi, eaq; tam ab Adiectiuis quàm à Substantiuis deducunt, & ab Adiectiuis quidem: vt à máły / *paruus*, formant máłuśki / máłuchny / máłutki / máłutenki / máłuśienki / máłuśieneczki / ꝛc. *paruulus*, ł vt vides mutato in l lenitatis fortasse gratiâ, quod in plerisq; huiusmodi deriuatiuis contingit, vt à Diabeł / *diabolus*, diabelski / *diabolicus*. A Substantiuis v. g. ab Jan / *Ioannes*, fit Janek / Jánaßek / Jáś / Jáśiek / Jáśieneczek / Jáśiaßek / Jách / Jáchniczek / ꝛc. ab Hanná siue Anná / *Anna*, Hánká / Hánuśia vel Anuśiá / Anneczká / Anuśká / Anuśieńká / ꝛc. ab Izbá / *hypocaustum*, izdebká / izdebeczká / & izbisko. Sed nota hanc terminationem in sko plerumq; contemptum denotare, respondetq; Italico *accio*, vt v. g. à pies / *canis*, fit pśisko / *canis vilis & inutilis*; Italicè diceretur *vn cagnaccio*. Sic domisko / izbisko / ꝛc.

Plura horum deriuatorum exempla inuenies in dictionarijs, quare breuitati studens vltrò ea omitto, cùm præsertim eorum formatio regulis comprehendi nequaquam possit, sed potiùs vsu, vt & in alijs linguis addiscenda sit.

DE COMPARATIONE Nominum.

Comparatiuus fit à Positiuo mutato i vel y in ßy / vt Swiety / *Sanctus*, świetßy / *sanctior*. Szczęśliwy / *fælix*, ßczęśliwßy / *fælicior*. Gruby / *crassus*, grubßy /

grubſzy/ *craſsior.* Stáry/ *ſenex*, ſtárſzy/ *ſenior*, *&c.*
Nomina in gi & chy/ mutant vltimam ſyllabam in żſzy: vt długi/ *longus*, dłużſzy/ *longior*; ſuchy/ *ſiccus*, ſużſzy/ *ſiccior.*
Quæ in ny deſinunt præcedente conſonante, y finale vertunt in ieyſzy: vt Piękny/ *pulcher*, pięknieyſzy/ *pulchrior*; godny/ *dignus*, godnieyſzy/ *dignior.*
Participalia verò Nomina facta mutant ſolum y in ſzy: vt Piiány/ *ebrius*, piiánſzy/ *magis ebrius.* Quæ tamen in ony deſinunt, mutant ony in eńſzy: vt Vczony/ *doctus*, vczeńſzy/ *doctior*; czerwony/ *ruber*, czerwieńſzy/ *rubrior.*
Nomina in ki purum, mutant præcedentem vocalem, & ſequens ki finale in ſzy: vt Szeroki/ *latus*, ſzerſzy/ *latior*; dáleki/ *remotus*, dálſzy/ *remotior*; wyſoki/ *altus*, wyżſzy/ *altior*; euphoniæ gratiâ. Præcedente verò conſonante fit Comparatiuus, mutato ki in ſzy: vt Cienki/ *ſubtilis*, cieńſzy/ *ſubtilior*; lekki/ *leuis*, lekſzy/ *leuior*, ſed & lżeyſzy inuenitur.
Nomina in wy præcedente conſonante, formant Comparatiuum in ieyſzy: vt Rzeżwy/ *nauus*, rzeżwieyſzy/ *magis nauus.* Sic trzeźwy/ *ſobrius.*
Nomina in kry/ mutant illud in rzeyſzy: vt Przykry/ *acerbus*, przykrzeyſzy/ *acerbior*; oſtry/ *acutus*, oſtrzeyſzy/ *acutior.* Sic Byſtry/ *rapax*; chytry/ *aſtutus*, *&c.*
Quæ in ły deſinunt præcedente conſonante, faciunt lieyſzy an leyſzy: vt Cieply/ *calidus*, ciepleyſzy/ *calidior.* Præcedente vocali regulariter, mutato tamen ł cancellato in l molle: vt Biały/ bielſzy/ *albus*, *albior*; weſoły/ *lætus*, weſelſzy/ *lætior*; miły/ *charus*, milſzy & milieyſzy/ *charior*; gorący/ *calidus nimis*, habet gorętſzy; mądry/ *ſapiens*,
medrſzy/

medrßy/ & regulariter mądrzeyßy/ *ſapientior*; ſkąpy/ ſkępßy/ ą enim in e ſæpè in obliquis tranſit, vt dictum eſt.

Quibus Comparatiuis ſi annectatur Præpoſitio przy/ ſignificatio illorum imminuitur: v. g. przyſmutnieyßy / ſubtriſtis.

Superlatiuus autem fit à Comparatiuo, præpoſita ſyllaba na vel nay: vt Swietßy/ *ſanctior*, na vel nayświetßy/ *ſanctiſſimus*; addunt adhuc nonnulli augendi gratiâ ſyllabam prze: vt Przenaświetßy/ *quàm ſanctiſſimus*; ſed in comparatione dices, iáko vel iák naświetßy/ *quàm ſanctiſſimus*, quaſi *omnium ſanctiſſimus*. Irregulariter comparantur Dobry / *bonus*, lepßy / *melior*, nalepßy / *optimus*; Zły/ *malus*, gorßy / *peior*, nagorßy/ *peſſimus*; Wielki/ *magnus*, wietßy vel wiekßy/ *maior*, nawietßy/ *maximus*; Máły/ *paruus*, mnieyßy/ *minor*, namnieyßy/ *minimus*.

DE CASIBVS & Numeris.

Caſus ſex habet Polonica lingua vt Latina; poteſt tamen aſſignari & ſeptimus, quem vltimum vocabimus, qui inſeruit aliquibus præpoſitionibus, diſfertq; ab alijs terminatione & vſu, vt infrà videbitur.

Præter Singularem & Pluralem Numerum, habent etiam Poloni Dualem, qui tamen rarus eſt valdè, & vix adhibetur in Nominibus ſine expreſſa applicatione numeri, *duo*, dwie vel obiedwie/ *ambo* vel *ambæ*, & hoc in Fæminino vt plurimùm Genere, & in Nominibus eiuſdem omninò Speciei, nam ſi ſint diuerſæ Speciei aut ſexus, numerus in Neutro Genere

Genere ponitur, vt infrà fusiùs explicabitur: v. g. dwie niewieście/ *duæ mulieres*, obiedwie niewieście/ *ambæ mulieres*, extra quem numerum propriè sunt in Nominibus duo duntaxat numeri, Singularis & Pluralis. In Verbis autem & Pronominibus inuenitur Dualis numerus, desinens semper in a / sed ab ipsis Polonis & rarò vsurpatur, & cum vsurpatur sæpè fit sine aduertentia duorum aut trium, nam cùm sunt tres vel decem, crebrò etiam in certis præsertim Regionibus dicunt in Duali numero: v. g. podźwá / podźtá/ *eamus, ite.* Sic è contra etiamsi duo solùm sint, potest optimè dici, podźmy / podźcie / *eamus, ite*; de quo fusiùs in Declinationibus & Coniugationibus.

DE DECLINATIONIBVS Nominum.

Præmittenda videtur Declinatio Adiectiuorum quippè facilis, & in omnibus ferè eadem: & quia diximus duas solùm esse terminationes Adiectiuorum, nempè in y a e & in i a ie/ ideò duobus propositis exemplis, iam poteris omnia Nomina Adiectiua declinare. Sit ergo

Paradigma Adiectiuorum in y a e.

Nominatiuo Swiety/świeta/święte/ *Sanctus, a um.*
Genitiuo Swietego / świetey/ świetego.
Datiuo Swietemu / świetey / świetemu
Accusatiuo Swietego / vel aliquando est similis Nominatiuo, si illius Substantiuum habeat Accusatiuum similem Nominatiuo, Swiety: vt Weź Krzyż święty/ *Accipe Sanctam Crucem.*

Accuſatiuo ergò Swietego vel świety/ święta/ święte.
Vocatiuo Swiety/ święta/ święte.
Ablatiuo Swietym/ świetą/ świetym.
Vltimo caſu Swietym/ świetey/ świetym.

Duali propriè caret.

Pluraliter.

Nominatiuo Swięci vel święte/ hoc eſt ſi ſint res inanimatæ,tum in e deſinit Nominatiuus Pluralis, ſin animatæ in i/ quod in omnibus Adiectiuis obſerua.
Nominatiuo ergo Swięci vel święte/ święte/ święte.
Genitiuo Swietych.
Datiuo Swietym.
Accuſatiuo Swietych & święte/ święte/ święte.
Vocatiuo Swięci & święte/ święte/ święte.
Ablatiuo Swietymi.
Vlt: Swietych.

Vbi ſolùm nota, quòd Adiectiua habentia y in Singulari, mutant illud in i in Plurali, vt vides, & præterea conſonantem præcedentem mutant, vt hic t in ć molle; ny in ni/ zacny/ præſtans, zacni/ præſtantes; dy in dzi/ bladý/ pallidus, bledzi/pallidi; ły in li/ ciepły/calidus, ciepli/calidi; a vel o immediatè præcedens mutatur in e: vt biały/*albus*, bieli/*albi*; weſoły/*lætus*, weſeli/*læti*; ry/ facit Pluralem in rzy: mądry/*ſapiens*, mądrzy/*ſapientes*; ſzy in ſi: gorſzy/*peior*, gorśi/*peiores*; Dicunt tamen multi gorſzy etiam in Plurali; zy in zi/ duzy/*robuſtus*, duzi/*robuſti*; in cy etiam cy retinent: vt gorący/*calidus*, gorecy/*calidi*; by in bi/ ruby/*craſſus*, rubi/*craſſi*, *&c.*

Quæ

Quæ verò habent in Singulari i / mutant illud in Plurali in y : vt srogi/ *seuerus*, srodzy/ *seueri*; vbi gi vides mutari in dzy: sic ki in cy / wielki/ *magnus*, wielcy/ *magni*. Sit ergo

Paradigma Adiectiuorum in i a ie.

Nominatiuo	Srogi/ sroga/ srogie. *Seuerus, a, um.*
Genitiuo	Srogiego / srogiey / srogiego.
Datiuo	Srogiemu/ srogiey/ srogiemu.
Accusatiuo	Srogiego vel srogi/ sroga/ srogie.
Vocatiuo	Srogi / sroga / srogie.
Ablatiuo	Srogim / sroga / srogim.
Vlt:	Srogim/ srogiey / srogim.
	Pluraliter.
Nominatiuo	Srodzy vel srogie / srogie / srogie.
Genitiuo	Srogich.
Datiuo	Srogim.
Accusatiuo	Srogich vel srogie / srogie / srogie.
Vocatiuo	Srodzy vel srogie / srogie / srogie.
Ablatiuo	Srogimi.
Vlt:	Srogich.

Hanc formam sequuntur omnia Adiectiua, & eorum Comparatiua & Superlatiua.

Declinationes autem Substantiuorum difficiliores sunt & variæ, eas tamen ad tria capita reducemus secundùm genera. Primum Declinationem Nominum Generis Masculini continebit, secundum Fæminini, tertium Neutrius.

Verùm ne in assignatione meorum Casuum confundaris, scias nos dicere od tego Swietego/ *ab hoc Sancto*, non od tym Swietym/ licet Swietym posuerimus pro Ablatiuo, quia Præpositio od regit Genitiuum, quem Casum regunt aliæ multæ, vt

do / *ad, &c.* Ablatiuum autem illum rectè constituimus, quia quæ Latinè efferuntur per Ablatiuum (exceptis Præpositionibus) per hunc Casum in ym vel em & ą Polonicè redduntur: vt vderzył go kiiem / *percussit illum baculo;* otworzył kluczem / *aperuit claui;* z Pánią / *cum Domina, &c.*

PRIMA DECLINATIO NOMINUM Masculini Generis.

Genitiuus in hac Declinatione exit in a vel u. Datiuus in owi vel u. Accusatiuus vel similis est Genitiuo vel Nominatiuo. Vocatiuus exit in u vel e / vel aliquando similis est Nominatiuo. Ablatiuus in em desinit. Vltimus casus vt plurimùm similis est Vocatiuo. Nominatiuus Pluralis in owie / i / y vel e. Genitiuus in ow vel in / paucis in i. Datiuus in om exeunt. Accusatiuus vel Genitiuo vel Nominatiuo similis. Vocatiuus Nominatiuo pariter similis. Ablatiuus in ámi. Vltimus in ách vel ech. Sed antequam singulorum Casuum formationem tradamus, priùs exemplum vel vnum integri Nominis declinati, eiusq; proprij quippè maximè regularis propono.

Jan / *Ioannes.*

Singulariter.			Pluraliter.	
Nom:	Jan.	*Duali caret.*	Nom:	Janowie.
Genit:	Janá.		Genit:	Janow.
Dat:	Janowi.		Dat:	Janom.
Accus:	Janá.		Accus:	Janow.
Vocat:	Janie / vel similis est Nominatiuo.			Janowie.
Ablat:	Janem.		Ablat:	Janámi.
Vlt:	Janie.		Vlt:	Janách.

Sic

Sic omnia ferè Nomina propria Virorum: vt Stefan / *Stephanus*; Stánisław / *Stanislaus*; Woyćiech / *Albertus*; Woyćiech tamen habet in Vocatiuo Woyćieſze / ratione mutationis literarum ch in ſz: ſic Dawid / *David*, Dawidzie / &c.

Nota prætereà non omnia Nomina propria habere Vocatiuum in e / ſed multa etiam in u: vt ſunt deſinentia in ſz & k / & diminutiua omnia, vt Woytuś / *Albertulus*, Woytuśiu & Woytuś / *Alberte*; Stáś / *Stanislaolus*, Stáśiu & Stáś. Lukaſz / *Lucas*, Lukaſzu & Lukaſz. Fráńćiſzek / *Franciſcus*, Fráńćiſzku & Fráńćiſzek; vbi aduerte in obliquis huius nominis Fráńćiſzek perdi e quod erat in themate, non enim dicimus Fráńćiſzeká in Genitiuo, ſed Fráńćiſzká; & ſic in pleriſq; contingit nominibus, quæ e ante finalem conſonantem habent: vt ſunt deſinentia in eb / ek / eć / el / eł / en / eń / ep / er / es / et / ew / ez. In quibus ſi dictam vocalem e præcedat immediatè i / etiam illud i perditur, vt in koniec / *finis*, końcá; łokieć / *cubitus*, łokćiá; dzień / *dies*, dniá / *diei*; vbi etiam litera z tollitur, quia non admittit z poſt ſe aliam literam quàm i / quæ quia tollitur, ſic & z cedit ſeu perit. Idem ferè euenit in koćieł *ahenum*, quod habet in Genitiuo kotłá / ć verſo in t / eò quòd ć velit omninò poſt ſe i / vnde etiam Nomina in ćiec / mutant illud primum ć in y / vt Oćiec / *pater*, oycá; kokiec / *gallinarium*, koycá. Quæ habent rz immediatè ante e / perdunt z: vt Kobierzec / *tapes*, kobiercá; orzeł / *aquila*, orłá; & hoc ad euitandam duritiem in pronunciando, cuius etiam gratiâ Szwiec *Sutor* habet in Genitiuo Szewcá / &c.

Cætera ergo Nomina nihil diminuunt in obliquis, ſed addunt in Genitiuo á vel u vt dictum eſt, & præ-

tereà multa etiam alia ex illis terminationibus ek/ ec/ el/ &c. excepta, eaq; sunt Chleb/ *panis*, in Genitiuo chlebá; pogrzeb/ *funus*, pogrzebu; Kmiec/ *Colonus*, kmieciá; (i autem interponitur, quia vt sæpè inculcatum est, c nisi finiat syllabam vult i sibi semper annexum) Człowiek/ *homo*, człowieká; wiek/ *ætas*, wieku; zbáwiciel/ *saluator*, zbáwicielá; obywátel/ *incola*, obywátelá; przyiaciel/ *amicus*, przyiacielá; & omnia viris propria huiusmodi deriuatiua, præterea kisiel/ *farina fermentata*, kisielá; cel/ *meta*, celu; fortel/ *stratagema*, fortelu; cień/ *vmbra*, cieniá; szerszeń/ *crabro*, szerszeniá; ieczmień/ *hordeum*, ieczmieniá; ieleń/ *ceruus*, ieleniá; promień/ *radius*, promieniá; kámień/ *lapis*, kámieniá; krzemień/ *silex*, krzemieniá; goleń/ *tibia*, goleniá; grzebień/ *pecten*, grzebieniá; fraucymer/ *gynecæum*, fraucymerá; Káwáler/ *Eques*, Káwálerá; pásterz/ *pastor*, pásterzá; & omnia in erz. Kres/ *periodus*, kresu; kes/ *frustulum*, kesu; okret/ *nauis*, okretu; & omnia in et / grzbiet/ *dorsum*, grzbietá & grzbietu; czámlet/ *vndulata vestis*, czámletu; sygnet/ *sigillum*, sygnetu; kret / *talpa*, kretá; sekret/ *arcanum*, sekretu; chlew/ *stabulum porcinum*, chlewá; cietrzew / *tetraon*, cietrzewá; gniew/ *ira*, gniewu; iez/ *erinaceus*, iezá; Papiez/ *Papa*, Papiezá/ & omnia in z durum; deszcz/ *pluuia*, deszczá & dzdzá; & si quæ sunt alia, quæ vsus docebit.

Genitiuus. His præmissis danda esset regula, quæ nam Nomina habeant Genitiuum in a quæ in u / sed quia nulla est certa generalis regula, percurrendæ sunt (vt feci) omnes terminationes, & antea notandum nomina rerum animatarum, adeòq; arborum, & plantarum, & vrbium (exceptis in m quæ

u ha-

u habent) habere Genitiuum in a. Exceptis kielb/ *fundulus*, quod habet kielbiu; woł/ *bos*, wołu; skop/ *Veruex*, skopu; báwoł/ *bubalus*, báwołu; & paucis alijs.

Nomina in c ć cz dz dź f i ń rz ś w & ź/ pleraq; habent Genitiuum in a. In u tamen habent sequentia: páłac/*palatium*, páłacu; owoc/*fructus*, owocu; płácz/*fletus*, płáczu; fałsz/*mendacium*, fałszu; barszcz/barszczu; páragráf/ & similia páragráfu; rydz/ *boletus*, rydzu & rydzá; pieprz/ *piper*, pieprzu; staw/*stagnum*, stáwu; dziw/ *mirum*, dziwu; ołow/*plumbum*, ołowiu; gniew/*ira*, gniewu; ryż/*oryza*, & alia quæ vsus docebit.

Cætera quippè in b d g ch k l ł m n p r s t y & z formant Genitiuum in u/ plurima tamen hinc excipiuntur, quæ in a illum formant, vt sunt præter propria, de quibus iam supra dictum est, sequentia, łeb/*caput*, łbá; chleb/chlebá/*panis*; grzyb/*fungus*; cud/*miraculum*; lud/*populus*; kord/ *gladius*; drąg/*pertica*; orzech/*nux*; brzuch/*Venter*; obuch/*ascia*; ćwieczek/*clauus*; garnek/*olla*; członek/*membrum*; fiołek/*Viola*; kąsek/*frustulum*; ręcznik/*manutergium*; & cætera in ik. Gdańsk/ *Gedanum*; koral/*corallium*; szpytal/*xenodochium*; dyszel/ *temo*; figiel/*ars*, *astus*; káfel/*testa fornacis*; kręgiel/*conus*; kufel/*calix*; skobel/*retinaculum*; szczebel/*scandula*; kryształ/*cryſtallum*; migdał/ *amigdalum*; kocieł/*ahenum*; młyn/*molendinum*; czołn/*nauicula*; bęben/*tympanum*; trup/*cadauer*; ser/*caseus*; pázur/*Vnguis*; kostur/*scipio*; sznur/*funiculus*; tálar/*Imperialis*; filar/*columna*; świder/ *terebra*; ceber/*hydria*; pás/*cingulus*; kłos/*spica*; kos/*merula*; lás/*sylua*; nos/*nasus*; obrus/*mappa*; świát/*mundus*; pálcat/*Virga*; pierznat/*puluinar*;

kąt/ *angulus*; bot/ *ocrea*; łot/ *Vncia*; młot/*malleus*; płot/*seps*; powroz/*funis*, *&c.* Nonnulla etiam seruant vtramq; terminationem, dicitur enim do ogrodá & do ogrodu/ *ad hortum*; do dworá & do dworu/ *ad aulam*; sic sunt lás/*sylua*; list/*epistola*; łuk/*arcus*; oley/*oleum*; ryz/*oryza*; włos/*pilus*; grzbiet/*dorsum*; sygnet/*sigillum*; & alia.

Datiuus. Propria virorum nomina & pleraq; rerum animatarum Datiuum formant in owi: vt Jan/ Janowi; Fránciszek/Fránciszkowi; Szláchcic/ *nobilis*, szláchcicowi; szczupak/*lucius*, szczupakowi/ &c. Hinc tamen excipiuntur Pan/*Dominus*, in Datiuo Pánu; ociec/*pater*, oycu; chłop/*homo* & *rusticus*, & eius diminutiuum chłopiec/chłopu/ chłopcu; & pauca alia quorum etiam aliqua in rigore owi habere possent, vt & pleraq; ex infra afferendis. nam owi est regularis terminatio Datiui in hac Declinatione.

In u ergo formant Datiuum łeb/łbu; grob/*sepulchrum*; sposob/*modus*; strách/*metus*; pás/*cingulum*; pauca in c dz & alia multa quæ tamen etiam owi habent, tunc verò maximè u habent, quando post præpositionem ku/*Versus*, ponuntur: vt ku Krákowu/*Versus Cracouiam*; ku Poznániu/ *Posnaniam Versus*, *&c.*

Accusatiuus. Nomina rerum animalium habent Accusatiuum similem Genitiuo, scilicet in a (excepto wołu) Cætera similem Nominatiuo.

Vocatiuus. Vocatiuum in e formant propria virorum, & officium aut attributum aliquod personæ significantia. Item nomina desinentia in m p k g t w z b d ł n præter nonnulla quæ etiam u habent: vt Syn/*filius*, synu/*fili*, *&c.* Hinc excipiunt propria vrbium in aw quæ u habent in

in Vocatiuo: vt Wrocław/ *Vratislauia*; Járosław/ *Iaroslauia, &c.*

In n præterea Vocatiuum formant primò propria, quæ supra innui in ek & diminutiua. Człowiek tamen habet etiam człowiecze præter człowieku.

Item desinentia in ac ąc ec præter propria illa de quibus dictum est, quæ faciunt cze: vt Oycze/ *pater*; chłopcze/ *puer*; ab oćiec / chłopiec. In ic etiam propria: vt Szláchćic/ *nobilis*, ßláchćicu. In cz etiam cum proprijs, dz pariter (Xiądz tamen habet Xieże/ *Sacerdos*) in dz/ in g (Bog tamen habet Boże/ *Deus*) in ch præter propria quæ habent etiam ße: vt Woyćiech/ Woyćieße; in ik etiam cum proprijs in l n rz z & ß.

Nota tamen sæpè & præsertim in proprijs Vocatiuum esse similem Nominatiuo, & sic sæpè in vulgari sermone vsurpari.

Ablatiuus semper exit in em.

Vltimus casus semper est similis Vocatiuo, exceptis illis paucis quæ à communi regulà Vocatiui excipiuntur, illa enim in Vltimo casu retinent regularem formam, quam habere debebant in Vocatiuo: vt sunt w Oycu / *in Patre*; w chłopcu / *in puero*; Bogu / *Deo*; Xiędzu / *Sacerdote, &c.* Pan habet w Pánie & w Pánu / *in Domino*. Sic Syn / *filius*, & pleraq; in n & ch.

Dualis numerus. Pauca sunt quæ dualē habent numerū differentē à Plurali, isq; exit in a: vt dwá łokćiá/ *dua Vlna*; dwá großá / *duo grossi*; dwá klocá / *duo caudices*; & alia quæ vsus docebit. Inuenitur etiam Ablatiuus dualis in omá / sed Masouitis relinquendus: vt ze dwiemá bráćißkomá / *cum duobus fratribus*.

Pluralis Nominatiuus. Nomina propria Virorum, & quæ officium aut aliud aliquod attributum virile denotant, item quæ res animales significant, pleraq; habent in Nominatiuo Plurali owie: vt Janowie / *Ioannes*; Pánowie / *Domini*; Oycowie / *Patres*; Bogowie / *Dij*; Krolowie / *Reges*; Bocianowie / *Ciconiæ*, *&c.*

Plurima tamen præter owie habent etiam i / y / vel e. Nimirum nomina rerum animatarum desinentia in b d f g l n p t & w / Nominatiuum formant in i vt Drab / *miles vagus*, drabi; sąsiad / *vicinus*, sąsiedzi; Anyol / *Angelus*, Anyeli; Dyabel / *Diabolus*, dyabli; Hetman / *Præfectus exercitus*, Hetmáni; Prálat / *Prælatus*, Práłaci. Dicitur tamen woly / *boues*, in plurali non woli; dicimus quoq; licet rarius, etiam in Accusatiuo Plurali Pány Oycy / *Dominos Patres*, & similia.

In y verò Nominatiuum Pluralem faciunt nomina rerum animatarum, desinentia in c ch k r s. vt Szwiec / *sutor*, szewcy / *sutores*; Włoch / *Italus*, Włoszy / *Itali*; żak / *scholaris*, żacy; pies / *canis*, psy & psi.

In e deniq; nomina in d dz ć l rz b p m n ś w & in ey: vt lud / *populus*, ludzie; łábeć / *cygnus*, łábećie; przyiaciel / *amicus*, przyiaciele; kielb / *fundulus*, kielbie; kárp / *carpio*, kárpie; złodziey / *fur*, złodzieie; káráś / *coracinus*, káráśie / &c.

Xiądz / *Sacerdos*, præter regularem numerum pluralem (quo rariùs vtimur) habet Xięża / quod est collectiuum, singularis numeri, generis fæminini, vt à Brát / *frater*, fit Bráćia / *fratres*, itidem collectiuum, & multa alia huiusmodi, declinanturq; vt fæminina secundæ Declinationis.

Cætera nomina rerum animatarum habent etiam Nomina-

minatiuum pluralem in i / y / vel e. Nimirum Nomina desinentia in g & k / & dzień / *dies*, Nominatiuum formant in i: vt Brzeg / *ora*, brzegi; flák / *omasum*, fláki; dzień / *dies*, dni.

Nomina desinentia in b d f ch ł m n p r s t w & z formant Nominatiuum pluralem in y.

Porrò in e Nominatiuum formant nomina terminata in c ć cz & ß dz & dź i l n rz.

Cud habet etiam cudá in numero plurali, *miracula*.

Genitiuus pluralis semper exit in ow / exceptis paucis in molles seu accentu notatas literas desinentibus, quæ formant Genitiuum in i: vt à Kmieć / *Colonus*, kmieći / *colonorum*; à łokieć / łokći / *Vlnarum*; à dzień / dni / *dierum*; à koń / koni / *equorum*; à káráś / káráśi / *coracynorum*; ab okuń / okuni / *percarum*; sic à lud / ludzi / *hominum*; à mieśiąc / mieśiecy / *mensium*; à groß / großy / *grossorum*; quanquam & regularem formam seruare possunt, benè enim dicimus mieśiącow / dniow / káráśiow / &c.

Datiuus. Datiui pluralis perpetua terminatio est om in omnibus.

Accusatiuus & Vocatiuus. Accusatiuus propriorum & eorum omnium quæ owie habent in Nominatiuo plurali, in ow exit vt Genitiuus. Cæterùm est similis Nominatiuo vt & Vocatiuus.

Ablatiuus in ámi propriè exit, sed sæpè per syncopen abbreuiatur, vt pro ludámi / ludźmi *hominibus*, pro listámi / listy *epistolis*; & sic ferè semper desinentia in t: sic ze psy pro ze psámi / *cum canibus*; ćiałmi pro ćiáłámi / *corporibus*; krolmi pro krolámi / *regibus*, *&c.*

Vltimus casus exit in ách: Krolách / *Regibus*; koncách / *finibus*. In ech tamen etiam sæpè terminari potest

in nominibus in d t s desinentibus, nam benè dicimus w ludách & ludźiech/ *in hominibus*; w Brodách & Brodźiech / Brody (vrbs est in Russia) pásách & pásiech / *cingulis*; błotách & błociech/ *lutis, &c.* & hoc in omnibus Declinationibus. Tu tamen securiùs vtere primo in ách.

Nomina propria à Latinis deriuata in y præcedente consonante more adiectiuorum declinantur, vt Ambroży/ *Ambrosius*; Ignácy/ *Ignacius*; Ambrożego / Ambrożemu / &c. Ignácego/ Ignácemu / &c.

Quæ omnia vt meliùs adhuc percipias, subiungo hic exempla variarum terminationum & significationum, ex quibus vsum præcedentium regularum capere poteris.

Singulariter.		Pluraliter.
Nom: Krol. *Rex.*	*Duali caret.*	Nom: Krolowie.
Genit: Krolá.		Genit: Krolow.
Dat: Krolowi.		Dat: Krolom.
Accus: Krolá.		Accus: Krolow.
Vocat: Krolu.		Voca: Krolowie.
Ablat: Krolem.		Ablat: Krolámi & krolmi.
Vlt: Krolu.		Vlt: Krolách.

Singulariter.	Pluraliter.
No: Pies. *Canis.*	Nom: Psy & pśi.
Genit: Psá.	Genit: Psow.
Dat: Psu.	Dat: Psom.
Accus: Psá.	Ac: Psow & psy.
Vocat: Pśie.	Voc: Psy & pśi.
Ablat: Psem.	Ab: Psámi & psy.
Vlt: Pśie.	Vlt: Psách.

Singu-

Singulariter.	Pluraliter.
Nom: Wół. *Bos.*	Nom: Woły.
Genit: Wołu.	Genit: Wołow.
Dat: Wołowi.	Dat: Wołom.
Accus: Wołu.	A. Wołow, woły.
Vocat: Wole.	Vocat: Woły.
Ablat: Wołem.	Ablat: Wołámi/ & Wołmi.
Vlt: Wołu.	Vlt: Wołách.

Singulariter.	Pluraliter.
N. Lud. *Populus.*	No. Ludźie. *Homines.*
G. Ludá & ludu.	Genit: Ludźi.
Dat: Ludowi.	Dat: Ludźiom.
Accus: Lud.	Accus: Ludźie.
Vocat: Ludu.	Vocat: Ludźie.
Ablat: Ludem.	Ablat: Ludźmi.
Vlt: Ludu.	Vlt: Ludźiách/ludźiech.

Sing. Xiądz/ *Sacerdos.*	Pluraliter.	
N. Xiądz.	N. Xiedzowie. sed melius	Xiężá.
G. Xiedzá.	G. Xiedzow.	Xiężey.
D. Xiedzu.	D. Xiedzom.	Xiężey.
A. Xiedzá.	A. Xiedzow.	Xiężá.
V. Xieże.	V. Xiedzowie.	Xiężá.
A. Xiedzem.	A. Xiedzámi.	Xiężá.
V. Xieże. & Xiedzu.	V. Xiedzách.	Xiężey.

Singula-

Singulariter.	Dual:	Pluraliter.
Nom: Koniec. *Finis.*		Nom: Końce.
Genit: Końcá.		Gen: Końcow.
Dat: Końcowi.		Dat: Końcom.
Accus: Koniec.	dwá Końcá.	Accus: Końce.
Vocat: Kończe.		Vocat: Końce.
Ablat: Końcem.		Abl: Końcámi.
Vlt: Końcu.		Vlt: Końcách.

Singulariter.	Pluraliter.
Nom: Dzień. *Dies.*	Nom: Dni.
Genit: Dniá.	Gen: Dni & dniow.
Dat: Dniowi.	Dat: Dniom.
Accu: Dzień.	Accus: Dni.
Voca: Dnie.	Vocat: Dni.
Ablat: Dniem.	Ablat: Dniámi.
Vlt: Dnie.	Vlt: Dniách.

Singulariter.	Pluraliter.
N.& Accus. Dwor. *Aula.*	N.& Accus. Dwory.
Gen: Dworu & dworá.	Genit: Dworow.
Dat: Dworowi.	Dat: Dworom.
Voc: Dworze & dworu.	Vocat: Dwory.
Ablat: Dworem.	Ablat: Dworámi.
Vlt: Dworze.	Vlt: Dworách.

Singulariter.	Singulariter.
N. & Accus. Kráków. *Cracouia.*	N. & Accus. Poznań. *Posnania.*
Genit: Krákowá.	Genit: Poznánia.
Dat: Krákowu & owi.	Dat: Poznániu.
Vocat: Krákowie.	Vocat: Poznániu.
Ablat: Krákowem.	Ablat: Poznániem.
Vlt: Krákowie.	Vlt: Poznániu.

Plurali propriè carent.

Włochy/

Włochy/*Italia*, Niemcy/ *Germania*, & similia carent Singulari. Sic autem inflectuntur.

Pluraliter.		Pluraliter.	
N. & Accus:	Włochy. *Italia.*	N. & Accus:	Niemcy. *Germania.*
Genit:	Włochow.	Genit:	Niemcow.
Dat:	Włochom.	Dat:	Niemcom.
Vocat:	Włochy.	Vocat:	Niemcy.
Abl:	Włochámi.	Abl:	Niemcámi.
Vlt:	Włoszech.	Vlt:	Niemczech.

SECVNDA DECLINATIO NOminum Fœminini Generis.

Genitiuus in hac Declinatione exit in y vel i vel e. Datiuus in e vel y vel i. Accusatiuus in e vel a vel est similis Nominatiuo. Ablatiuus in a. Vltimus casus similis est Datiuo. Dualis vt plurimùm similis est Datiuo Singulari. Nominatiuus Pluralis exit in y vel i vel e. Genitiuus in consonantem desinit abiecto a finali thematis; in i autem desinit in nominibus à consonante incipientibus. Datiuus in om vel am. Accusatiuus similis est Nominatiuo. Sic & Vocatiuus. Ablatiuus & Vltimus casus, easdem in omnibus Declinationibus terminationes habent ámi & ách vel ech. Id totum ex exemplis adducendis meliùs patebit.

Exemplum primum Nominum in á.

Bábá / *Anus, Vetula.*

Singulariter.		Pluraliter.
Nom: Bábá.		Nom: Báby.
Genit: Báby.		Genit: Bab.
Dat: Bábie.		Dat: Bábom.
Accus: Bábe.	Dual: Bábie.	Accus: Báby.
Vocat: Bábo.		Voc: Báby.
Abl: Bábá.		Abl: Bábámi.
Vlt: Bábie.		Vlt: Bábách.

Nota Dualem numerum ſemper eſſe ſimilem Datiuo Singulari in hac Declinatione, niſi in illis nominibus, quæ Datiuum habent in iey: vt Páni / *Domina,* in Datiuo habet Pániey; in Duali dwie Pánie; ſic dwie orácye / *duæ orationes, &c.* Inuenitur etiam in aliquibus nominibus Ablatiuus Dualis: vt dwiemá rekomá / melius quàm dwiemá rekámi / *duabus manibus.*

Sic declinantur omnia nomina in bá fá má ná pá ſá wá zá. Item nomina in dá gá chá ká lá rá tá / niſi quod Datiuum & Vltimum caſum (qui vt dictum eſt in nominibus fæmininis eſt ſemper ſimilis Datiuo) in numero Singulari paulò immutent, nam nomina in dá faciunt dzie; biedá / *miſeria,* biedzie. Nomina in gá faciunt dze; rozgá / *Virga,* rozdze. Chá in ſze / cechá / ceſze. Ká in ce / Corká / *filia,* corce. lá in le / chwalá / *laus,* chwale. Ra in rze / gorá / *mons,* gorze. Tá in cie / cnotá / *Virtus,* cnocie.

Aduerte quod iam innui, Genitiuum Pluralem terminari

minari consonante, & fieri in omnibus nominibus huius Declinationis in *a* desinentibus à Nominatiuo abiecta literâ finali *a*/ vt bábá/ bab/ vbi illud á quod erat apertum in themate, fit hic obtusum, non enim báb dicimus, sed bab / ferè bob.

Nomina etiam quæ ante vltimam syllabam habent vocalem *e*/ mutant illam in Genitiuo Plurali in ą/ vt Męká/ *tormentum*; mąk/ *tormentorum*; ręká/ *manus*; rąk/*manuum*; księgá/*liber*; ksiąg/*librorum*; & sic ferè in omnibus incrementis *e* transit in ą/ & ą in *e*/ vt infra gáłąź/ *ramus*, gáłęzi.

Pchłá propter duritiem habet płech/ *pulicum*; izbá/ izdeb/ *hypocaustorum*. Dicimus etiam ná ręku & w ręku/ pro w ręce/ *in manu*, quasi esset Masculinum.

Alterum Exemplum in á Fœminini Generis.

Singulariter.		Pluraliter.
Nom: Vlicá. *Platea.*	Dual: Vlicy.	Nom: Vlice.
Genit: Vlice.		Genit: Vlic.
Dat: Vlicy.		Dat: Vlicom.
Accus: Vlicę.		Accus: Vlice.
Vocat: Vlico.		Vocat: Vlice
Ablat: Vlicą.		Ablat: Vlicámi.
Vlt: Vlicy.		Vlt: Vlicách.

Sic declinantur nomina in *ia*/ czá/ dzá/ lá/ rzá/ ßá/ żá/ & in nia/ śia/ & similia, nisi quod in Duali habent etiam e: vt Dwie kule/ *duo globi, &c.*

Wola/ *Voluntas*, & composita habent tam in Genitiuo quàm Datiuo li: vt woli/ *Voluntatis & Voluntati*, niewoli/ *seruitutis & seruituti*.

Nota diminutiua à proprijs facta habere etiam Vocatiuum in u: vt Kásiá/ *Catharina parua*, in Vocatiuo Kásiu. Sic Anusiá/ *Anna*, Anusiu/ & sublato etiam u Anuś.

Nomina Latina facta Polonica mutant a finale in Genitiuo & Datiuo in ey/ & in Accusatiuo habent loco e/ ą: vt Coronátia/ seu vt alij meliùs scribunt Koronácya/ *Coronatio*, quod sic inflectitur:

Singulariter.	Pluraliter.
Nom: Koronácya.	Nom: Koronácye.
Genit: Koronácyey.	Genit: Koronácyi.
Dat: Koronácyey.	Dat: Koronácyom.
Accus: Koronácyą.	Accus: Koronácye.
Vocat: Koronácyo.	Vocat: Koronácye.
Ablat: Koronácyą.	Ab: Koronácyámi.
Vlt: Koronácyey.	Vlt: Koronácyách.

Sic Historya/ *historia*; orácya/ *oratio*. Sic & Deliia/ *Vestis*, & similia in ia purum desinentia.

Masculina in á has vt plurimùm regulas sequuntur, quosdam tamen casus Masculinorum primæ Declinationis more faciunt, nimirum Genitiuum pluralem formant in ow mutatâ finali literâ á Nominatiui Singularis in ow: vt Stárostá/ *Capitaneus*, Stárostow; zdraycá/ *traditor*, zdraycow; poborcá/ *exactor*, poborcow; & Nominatiuum pluralem, præter regularem formam, formant in owie: vt Stárostá/ Stárostowie; zdraycá/ zdraycy/ zdrayce/ & zdraycowie/ vt & Accusatiuum in ow/ vt in exemplo apparet.

Singu-

Singulariter.	Pluraliter.
Nom: Poborcá.	N. Poborcy/ Poborce/ & Poborcowie.
Genit: Poborce/ & Poborcy.	Genit: Poborcow.
Dat: Poborcy.	Dat: Poborcom.
Accus: Poborcę.	Ac: Poborcow/ & aliquando ce & cy.
Vocat: Poborco.	Vocat: Poborcy/ ce/ & cowie.
Ablat: Poborcą.	Ablat: Poborcámi.
Vlt: Poborcy.	Vlt: Poborcách.

Ad hanc Declinationem reducuntur cætera Nomina Fæminina cuiuſcunq; terminationis, quia tamen variant in multis caſibus placet ſingulas terminationes breuiter percurrere, & paradigmata exponere.

Nomina Fæminina in i adinſtar ſemilatinorum declinantur hoc modo:

Singulariter.	Pluraliter.
Nom: Páni. *Domina.*	Nom: Pánie.
Genit: Pániey.	Genit: Pań.
Dat: Pániey.	Dat: Pániom.
Accus: Pánią.	Accus: Pánie.
Vocat: Páni.	Vocat: Pánie.
Ablat: Pánią.	Ablat: Pániámi.
Vlt: Pániey.	Vlt: Pániách.

Quæ deſinunt in conſonantes variant in multis caſibus, habent enim in Genitiuo & Datiuo, item in Vocatiuo & caſu vltimo y vel i/ hoc eſt quæ in

 molles

molles literas ć dź l ń ś ź / habent i propter rationes ante allatas, cætera y Accusatiuum similem Nominatiuo habent. Ablatiuum in ą regulariter. Dualem in i vel y. Nominatiuum, Genitiuum, Accusatiuum, & Vocatiuum Plurales in i vel y vel e. Datiuũ in om vel am. Ablatiuũ in ámi. Vltimum in ách. vt in subiectis exemplis videre est.

Singulariter.		Pluraliter.
Nom: Noc. *Nox.*		Nom: Nocy.
Genit: Nocy.		Genit: Nocy.
Dat: Nocy.		Dat: Nocom.
Accus: Noc.	Dual: Nocy.	Accus: Nocy.
Vocat: Nocy.		Vocat: Nocy.
Ablat: Nocą.		Ablat: Nocámi.
Vlt: Nocy.		Vlt: Nocách.

Alterum:

Singulariter.		Pluraliter.
N. Kądźiel. *Colus.*		Nom: Kądźiele.
Genit: Kądźieli.		Genit: Kądźieli.
Dat: Kądźieli.	Dual:	Dat: Kądźielom.
Accus: Kądźiel.	Kądźieli.	Accus: Kądźiele.
Vocat: Kądźieli.		Vocat: Kądźiele.
Ablat: Kądźielą.		Abl: Kądźielámi.
Vlt: Kądźieli.		Vlt: Kądźielách.

Broń habet in Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo Plurali Bronie / licet rarò in Plurali numero vsurpetur, sed Collectiuum videtur esse broń / *arma.*

Wieś/

Wieś / *Pagus*, ſic declinatur.

Singulariter.	Pluraliter.	
N. Wieś/*Pagus*.	Nom: Wśi.	Sic etiam Nomina in ew perdunt e in obliquis: vt Chorągiew / *Vexillum*, chorągwi; Konew / konwi; płeć/*ſexus*, płci.
Genit: Wśi.	Genit: Wśi.	
Dat: Wśi.	D. Wśiom.	
Accuſ: Wieś.	Accuſ: Wśi.	
Vocat: Wśi.	Vocat: Wśi.	
Ablat: Wśią.	A. Wśiámi.	
Vlt: Wśi.	V. Wśiách.	

Drzwi / *fores*, caret Singulari. In Genitiuo Drzwi. Dat: Drzwiom. Accuſ: Drzwi. Vocat: Drzwi. Abl: Drzwiámi. Vlt: Drzwiách.

TERTIA DECLINATIO Neutrorum.

Singulariter.	Pluraliter.
No: Naczynie. *Vas.* & *Inſtrumentum.*	Nom: Naczynia.
Genit: Naczynia.	Genit: Naczynia.
Dat: Naczyniu.	Dat: Naczyniom.
Accuſ: Naczynie.	Accuſ: Naczynia
Vocat: Naczynie.	Vocat: Naczynia.
Ablat: Naczyniem.	Ablat: Naczyniámi.
Vlt: Naczyniu.	Vlt: Naczyniách.

Duali propriè carent,nō enim dicimus dwie naczynie ſed dwoie naczynia/ *duo inſtrumenta*. Sic & in alijs neutris carentibus Duali, ponitur numerus in neutro cum Genitiuo Plurali: vt Dwoie / troie chłopiąt / *duo, tres pueri*.

Sic declinantur omnia Neutra inie / præter iáie/ (dicitur & iáio) quod ſic inflectitur.

 Singu-

Singulariter. Jáie/ *Ouum.*		Pluraliter.
N. Jáie.		N. Jáiá & iáycá.
G. Jáiá.		G. Jay & iáiec.
D. Jáiu.		D. Jáiom & iáycõ.
A. Jáie.	Dual: Dwie Jái.	A. Jáiá & iáycá.
V. Jáie.		V. Jáiá & iáycá.
A. Jáiem.		A. Jáiámi/iáycámi & per syncopen iáycy.
Vlt: Jáiu.		V. Jáiách/iáycách.

Cætera in e eodem modo declinantur quo supra, nisi quod Genitiuum Pluralem formant à Nominatiuo similiter abiecto e/ vt in exemplo sequenti patet.

Singulariter.	Pluraliter.
N. Ac. & V. Pole. *Campus.*	N. Ac. & V. Polá.
Genit: Polá.	Genit: Pol.
Dat: Polu.	Dat: Polom.
Ablat: Polem.	A. Polámi/polmi.
Vlt: Polu.	Vlt: Polách.

Nota in neutris Nominatiuum, Accusatiuum, & Vocatiuum similes esse.

Exempla Neutrorum in e.

Pauca in mie: vt Rámie/ *humerus*, imie/ *nomen*, známie/ *signum*, siemie/ *semen*.

Singulariter.	Pluraliter.
N. Ac. Voc. Rámie.	N. Ac. Vo. Rámioná.
Genit: Rámioná.	Genit; Rámion.
Dat: Rámioniu.	Dat: Rámionom.
Ablat: Rámionem.	Abl: Rámionámi.
Vlt: Rámioniu.	Vlt: Rámionách.

Cætera in e formant Genitiuum in ćiá/ & hoc modo declinantur:

Singulariter.	Pluraliter.
N.Ac.Voc. Xiąże. *Princeps.*	N A.V. Xiążętá.
Genit: Xiążęciá.	Genit: Xiążąt.
Dat: Xiążęciu.	Dat: Xiążętom.
Ablat: Xiążęciem.	Abl: Xiążętámi.
Vlt: Xiążęciu.	Vlt: Xiążętách.

Genitiuus Pluralis fit à Nominatiuo Plurali vt supra ablato a / & hic mutato e in ą vt vides.

Dźiećię/ *infans*, regulariter quidem in Singulari numero declinantur, variat tamen in Plurali hoc modo: Pluraliter Dźieći. Genit. Dźieći. Dat. Dźiećiom. Ablat. Dźiećmi. Vlt. Dźiećiách.

Neutra in o eodem ferè modo declinantur quo supra Nomina in e præcedente consonante: vt Pole / nisi quod vltimum casum & Dualem numerum habent in ie/ à qua regula excipiuntur etiam nomina in ko / quæ eundem vltimum casum in u habent, Nomina verò in rá / rze habent, vt ex subiectis exemplis patet.

Singulariter.	Dual.	Pluraliter.
N.Ac.Voc. Okno/ *Fenestra.*	Dual: Oknie.	N.A.V. Okná.
Genit: Okná.		Genit: Okien.
Dat: Oknu.		Dat: Oknom.
Ablat: Oknem.		Abl: Oknámi.
Vlt: Oknie.		Vlt: Oknách.

Vbi nota ad euitandam duritiem interponi e / & quia k & q & omnes illæ molles literæ accentu notatæ, immediatè post se, vt non semel dictum est, non admittunt e aut aliam vocalem, nisi intercedente i/

ita dicitur okien/non oken vel okn. Quod euenit in bágno / *palus*, bágien; gumno / *horreum*, gumien; drewno / *lignum*, drewien/ etc.

Koláno/*genu*, in vltimo casu habet kolenie / mutato a vt plerumq; fit in e / quod euenit in Miásto/ *Vrbs*, mieście; láto / *aestas*, lecie; vbi etiam t in suam affinem c mutatur, sic & in alijs, vt gniazdo /*nidus*, gnieździe; iezioro / *lacus*, iezierze; mięso / *caro*, mięsie; futro / *pellis*, futrze; ciáło / *corpus*, ciele.

Singulariter.			Dual: Jáblce.	Pluraliter.	
N.Ac.Voc.	Jábłko. *Pomum.*			N.A.V.	Jábłká.
Genit:	Jábłká.			Genit:	Jábłek.
Dat:	Jábłku.			Dat:	Jábłkom.
Ablat:	Jábłkiem.			Abl:	Jábłkami.
Vlt:	Jábłku.			Vlt:	Jábłkách.

Sic ferè omnia in ko/ łożko *lectus*, habet in Genitiuo Plurali łożek; iábłko / iábłek; miásteczko / *oppidum*, miásteczek. Sic futro/ futer; berło/*sceptrum*, bereł; mydło / mydeł / etc. propter rationes ante allatas.

Singulariter.		Pluraliter.	
N.Ac.Voc.	Práwo. *Lex.*	N.A.V.	Práwá.
Genit:	Práwá.	Genit:	Praw.
Dat:	Práwu.	Dat:	Práwom.
Ablat:	Práwem.	Abl:	Práwámi.
Vlt:	Práwie.	Vlt:	Práwách.

Mięso *caro*, habet in Genitiuo Plurali e in o transeunte. Oko / *oculus*, ucho / *auris*, & niebo / *caelum*, videntur Anomala in Plurali saltem numero, sicq; inflectuntur:

Singu-

Singulariter.		Pluraliter.		
N.A.V.	Oko.	N A.V.	Oká/*puncta*;	Oczy/*oculi*.
Genit:	Oká.	Gen:	Ok/	Oczu.
Dat:	Oku.	Dat:	Okom/	Oczom.
Abl.	Okiem.	Ablat:	Okámi/	Oczymá.
Vlt:	Oku.	Vlt:	Okách/	Oczách.

Dualis Dwie ocz inuenitur, ſed non ſignificat duo oculi, ſed potiùs duo puncta.

Singulariter.		Pluraliter.	
N. Ac. Voc.	Vcho.	N. Ac. Voc.	Vßy.
Genit:	Vchá.	Genit:	Vßu.
Dat:	Vchu.	Dat:	Vßom.
Ablat:	Vchem.	Ablat:	Vßámi.
Vlt:	Vchu.	Vlt:	Vßách.

Singulariter.			Pluraliter.	
N. A.V.	Niebo.	Dual: Niebie.	N.Ac.Vo.	Niebá *vel* Niebioſá.
Genit:	Niebá.		Gen.	Niebios / niebioſow.
Dat:	Niebu.		Dat.	Niebom / niebioſom.
Ablat:	Niebem.		Ablat:	Niebámi / Niebioſámi.
Vlt:	Niebie.		Vlt:	Niebách / niebiech / niebioſách / & niebieſiech.

DE NVMERALIBVS.

Cardinalia sunt: Jeden/*Vnus*, dwá/*duo*, trzy/*tres*, cztery/*quatuor*, *&c.* quæ sic inflectuntur:

Singulariter.

Nom:	Jeden/	iedna/	iedno.	*Vnus, a, um.*
Genit:	Jednego/	iedney/	iednego.	
Dat:	Jednemu/	iedney/	iednemu.	
Accus:	Jednego/	iedne/	iedno.	
Vocat:	Jeden/	iedná/	iedno.	
Ablat:	Jednym/	iedną/	iednym.	
Vlt:	Jednym/	iedney/	iednym.	

Pluraliter.

Nom:	Jedni/ iedne/ iedne.
Genit:	Jednych.
Dat:	Jednym.
Accus:	Jednych/ iedne/ iedne.
Vocat:	Jedni/ iedne/ iedne.
Ablat:	Jednymi.
Vlt:	Jednych.

more Nominis Adiectiui.

Plurali numero vtimur in eadem significatione, in qua Galli *les Vns* Latini alij, vt Jedni czytáią/ drudzy piszą/ *alij legunt, alij scribunt*; *les Vns lisent*, *&c.*

Masculinum.

Nom: Dwáy & dwá/ *Duo.*

Genit: Dwu & dwoch aliquando, præsertim cùm de hominibus est sermo.

Dat: Dwiemá & dwom.

Accus: Dwá & dwoch/ nempè accommodando numerum Substantiuo, vt & adiectiua omnia accommodari debent.

Ablat: Dwiemá.

Vlt: Dwu vel dwoch.

Fæmi-

Fæmininum Dwie *duæ*, in Nominatiuo & Accusatiuo. Cæteri casus vt in Masculino.

Neutrum Dwoie / *duo*.

Nom: & Accus: Dwoie. Genit: Dwoygá.
Dat: Dwoygu & dwoygom. Ablat: Dwoygiem.
Vlt: Dwoygu.

Sic declinantur composita Obá & obádwáy vel obádwá / *ambo* vel *vterq;* hoc modo:

Nom: Obá & obádwá / obáy & obádway.
Genit: Obu & obudwu / vel Oboch & obudwoch.
Dat: Obiemá & obom & obudwom.
Accus: Obá & obádwá / vel oboch & obudwoch / seu obu & obudwu.
Ablat: Obiemá.
Vlt: Obu & obudwu.

Fæmininum Obie & obiedwie / *ambæ*.

Neutrum

Nom: & Accus: Oboie. Genit: Oboygá.
Dat: Oboygu & oboygom.
Ablat: Oboygiem. Vlt: Oboygu.

Inuenitur tamen & Adiectiuum, licet non tam crebrò vsurpatum Oboi / oboiá / oboie / *vterq;*, dicimus enim Oboi narod / *vtraq; natio*, oboiey płci / *vtriusq; sexus*.

Masculinum & Fæmininum Trzey / trzy / *Tres*.

Nom: Trzey & trzy. Genit: Trzech.
Dat: Trzem & trzemá. Accus: Trzech & trzy.
Abl: Trzemá & rarò trzemi. Vlt: Trzech.

Neutrum Troie / *tria*, troygá / &c. vt Oboie.

Sic Czterey & cztery / vel vt nonnulli scribunt ſzterey & ſztery *quatuor*. in Genit: Czterech. Dat: Czterem & czteremá vel cztermá. Accus: Czterech & cztery. Ablat: Czteremá & cztermi. Vlt: Czterech.

Neu-

Neutrum Czworo/ *quatuor*. Genit: Czworgá.
Dat: Czworgu & czworgom. Ablat: Czworgiem.
Vlt: Czworgu.

Vbi nota in Masculino Genere possumus dicere trzey & trzy/ *tres*, czterey & cztery/ *quatuor*, nempè cùm de hominibus sermo est, dicimus trzey/ czterey/ cùm de alijs rebus trzy/cztery. In Fæminino autem solummodò trzy & cztery. non enim dicimus trzey niewiásty sed trzy/ *tres mulieres*.

Nota præterea neutrum in his & alijs numeris non præponi tantùm Nominibus neutris, imò etiam tunc maximè vtimur hoc Neutro, cùm sermo est de hominibus vel alijs animalibus vtriusq; sexus, vel tandem de alijs rebus diuersæ speciei mixtim & confusè sumptis, & semper cum Genitiuo Plurali: vt Dwoie ludzi/ *duo homines*, dwoie dzieci/ *duo infantes*, dwoie broni/ *duo arma*, *&c.* Confunduntur enim sexus, siue sint mares siue fæminæ. Sed de hoc fusiùs in Syntaxi, cùm de numeralium constructione agemus: nunc satis sit scire quomodo declinentur.

Masc. & Fæm. Pięć/ *quinque*. Genit. Pięci/ pięciu.
Dat. Pięciom. Accus. Pięć. Ablat. Pięcią.
Vlt. Pięci & pięciu.
Neutrum Pięcioro/ pięciorgá/ etc. vt Czworo.
Sic declinatur Sześć/ześcioro/ *sex*. sześci/sześciom/ etc.
Sic Siedm/ *septem*. siedmu/siedmiom/siedmią/ etc.
Neutrum Siedmioro. Sic Osm/ osmioro/ *octo*.
Dziewięć/ dziewięcioro/ *nouem*. planè vt Pięć/ & Dziesięć/ dziesięcioro/ *decem*.

Et has Casuum terminationes etiam in compositis retinent: vt Piętnaście/ *quindecim*. Genit. Pięcinaście. Dat. Pięciomnaście. Ablat. Pięcianaście. Vlt. Pięcinaście. Et in Neutro Pięcioronaście/ Pięcior-

Piećiorgánaśćie/ &c. addito ſimplici naśćie.
Tamen meliùs ſic declinabis vt infra, præſertim in Maſculino & Fæminino, nam Neutrum à decem vſq; raro vſurpatur, ſed loco illius vtimur Maſculino: vt Pietnaśćie dźiećí/ *quindecim infantes*, dwádźieśćiá dźiećí/ *viginti pueri*; vſitatiùs dicimus, quàm piećioronaśćie vel dwádźieśćioro dźiećí/ ſic ergo declinantur:
Nom. Pietnaśćie. Genit. Pietnaſtu. Dat. Pietnaſtom. Accuſ. Pietnaśćie & pietnaſtu. Ablat. Pietnaſtá. Vlt. Pietnaſtu.
Sic Szeſnaśćie/ *ſex decem*. Szeſnaſtu/ &c. Sic etiam Dwádźieśćiá/ *viginti*, dwudźieſtu/dwudźieſtom/ &c. Trzydźieśći/ 30. trzydźieſtu/ &c. Czterdźieśći/ 40. czterdźieſtu/ &c. Piećdźieśiąt autem 50. Sześćdźieśiąt/ 60. & reliqua vſq; ad centum declinantur vt ſua ſimplicia, manente integro & indeclinato dźieśiąt/ vt Piećdźieśiąt/piąćidźieśiąt/ &c. Vbi etiam nota quòd Poloni ſæpè in numerando cùm paruus numerus accedit ad maiorem proferunt maiorem integrum addendo Præpoſitionem bez *ſine*, quod Galli rariùs faciunt per *moins*, v. g. piećdźieśiąt beze dwu/ 48. vſitatiùs eſt quàm Czterdźieśći y ośm. Sic Sto bez ośmiu/ bez pietnaſtu/ 92. & 85. diceret Gallus *cent moins huict, &c.*

Sto/ *centum*, ſic declinatur:

Sing: quaſi *vn cent.*		Plural:
Nom. & Ac. Sto.		No. & Ac. Stá.
Gen. Stá & ſtu.	Dual:	Gen. Set.
Dat. Stu.	Dwieśćie.	Dat: Stom.
Ablat: Stem.	*Ducenti.*	A. Stámi & ſty.
Vlt: Stu.		Vlt. Set.

Singu-

Singulariter.	Dual:	Pluraliter.
Nom. & Ac. Tyśiąc. *Mille.*	Dwá	Nom.& Ac. Tyśiące.
Genit: Tyśiącá.	Tyśiącá.	Genit: Tyśiecy.
Dat: Tyśiącu.	*duo millia.*	Dat: Tyśiącom.
Ablat: Tyśiącem.		Ab: Tyśiącámi.
Vlt: Tyśiącu.		Vlt: Tyśiącách.

Ad numeros etiam pertinent kilká / *aliquot infra decem*; kilkánaście / *aliquot supra decem vsque ad viginti*; kilkádźieśiat / *aliquot supra viginti*; exempli gratiâ, cùm sunt triginta vel 40. vel 50. 80. vel similiter, modò sint plures quàm viginti ad minimùm triginta, dicimus kilkádźieśiąt / nec possumus dicere kilká vel kilkanaście; nam cùm dicimus kilkánaście / intelligimus vel 11. vel 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. minùs quàm 20. cùm autem dicimus kilká / intelligimus 2. vel 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ad summum decem, & construuntur cum Genitiuo Plurali, vt numeri, sic autem declinantur.

Nom. & Ac. Kilká. Gen. Kilku. Dat. Kilku & kilkom. Abl. Kilko. Vlt. Kilku.

Et in Neutro. Kilkoro / kilkorgá / kilkorgu / ꝛc. vt Czworo; quanquam obliqui præsertim Casus raro vsurpentur, sed potiùs in Masculino dicamus.

Pari etiam modo declinantur composita kilkánaście / kilkunaście / vel meliùs kilkunastu / kilkunastom / ꝛc. vt supra Pietnaście. Et kilkádźieśiąt / kilkudźieśiąt / dźieśiąt indeclinato manente.

Circa numerandum etiam nota liberum esse præponere aut postponere numerum maiorem minori in numerando, v. g. perinde est si dicas trzy dwádźieśćiá / ac dwádźieśćiá y trzy 23.

Nota etiam cùm potest dimidiari notabilis numerus. semper

ſemper ferè Polonicè dimidiari, dicimus enim pułtorá ſtá / 150. puł tyśiącá / 500. pułtrzećiá tyśiącá / 2500. melius quàm ſto piećdźieśiąt / ꝛc.

Puł ergo ſignificat *semi*, demi & ſemper præponitur vt in Germanicâ linguâ, vt puł godźiny / *media hora*, pułtorá látá / *ſeſqui annus*, puł czwárty godźiny / *tres horæ cum dimidio*; *Wiert halbe ſtund*, Galli dicunt vt Latini *trois & demi*; ipſi verò quaſi ſemiquatuor, quod multi Poloni ineptè in Latinis vſurpant, nam ſemiquatuor eſt duo.

Puł eſt indeclinabile, & regit Genitiuum Singularem adiacentis Subſtantiui, & etiam numeri, qui numerus ordinalis eſſe debet, ſed in Maſculino aliter declinatur hoc modo: Pułtorá / *ſeſqui*, puł trzećiá złotego / *floreni duo cum dimidio*, puł czwártá groſzá / *tres groſsi cum dimidio*, fiunt hi Genitiui à themate mutato i vel y in a. In Fæminino regulariter, vt Puł trzećtey / puł czwártey / ꝛc. Quod ſi præcedat Præpoſitio aliqua, declinabitur ferè vt kilká / vt z pułtora złotych / *cum ſeſqui floreno*, o pułtoru złotych / idem vbi złotych in Plurali, quàm złotego in Singulari, vt in ſuperioribus caſibus ponitur. Ne tamen dicas zá pułtora godźin vel quid ſimile, ſed zá pułtory godźiny / *poſt ſeſqui horam*, ſic zá pułtorá złotego / *pro ſeſqui floreno*, *&c.*

Ordinales numeri more Adiectiuorum declinantur, ſunt autem Pierwſzy / *primus*, wtory & drugi / *ſecundus*, trzeći / *tertius*, czwarty / *quartus*, dwudźieſty / *vicesimus*, dwudźieſty pierwſzy / *vigeſimus primus*, dwudźieſty wtory / *vigeſimus ſecundus*, *&c.* more Latinorum. Diſtributiuis propriè carent Poloni, ſed illa circumloquuntur per cardinales eos geminādo vel præponendo Præpoſitionem po / hoc modo: po iednemu ſeu poiedynkiem / *ſinguli*,

Vn à Vn, dwá á dwá / *bini*, seu po dwá / & aliquando po dwu & dwoch præsertim quando de hominibus fit sermo, trzy á trzy / seu po trzy & po trzech / *trini*, po cztery & po czterech / *quaterni*, po piąci & piąciu / *quini*, po stu / *centeni*, po dwudźieśćiu / *Viceni*; *Vingt à Vingt*, &c.

DE PRONOMINE.

Singulariter.		Pluraliter.
Nom Ja. *Ego.*	Dual: Má. sed rarum est.	Nom: My.
Genit: Mnie.		Genit: Nas.
D. Mnie & mi.		Dat: Nam.
Accus: Mie.		Ac: Nas.
Ablat: Mną.	Ablat: Námá.	Abl: Námi.
Vlt: Mnie.		Vlt: Nas.

Singulariter.	Sic	Pluraliter.
Nom: Ty. *Tu.*	Dual: Wá.	Nom: Wy.
Genit: Ciebie.		Genit: Was.
Dat: Tobie & ći vel ć rarum.		Dat: Wam.
Ac: Cie & ćiebie.		Accus: Was.
Vocat: Ty.		Vocat: Wy.
Ablat: Tobą.	Ablat: Wámá.	Ablat: Wámi.
Vlt: Tobie.		Vlt: Was.

Nota statim Datiuum illum mi & ći seu ć non posse poni absolutè, sed coniunctim cum verbo eadem planè

planè ratione, quâ in Gallicis *me* & *te* in Datiuo, v. g. Dał mi chlebá/*dedit mihi panem*; *il me donna du pain*. Sic è contra Komu dał? *cui dedit*? tobie respondetur, non ći/ *tibi*. Sic etiam post Præpositiones, Ku tobie/ *Versus te*, non Ku ći vel Kuć. Vbi aduerte ći poni post dictiones consonante terminatas, vt dałći/ *dedit tibi*; ć verò post dictiones in vocalem desinentes, vt dać / *dabit tibi*.

Quoad Accusatiuum ćie & ćiebie. Ćie ponitur post verba & Præpositiones regentes Accusatiuum; ćiebie autem omninò absolutè, v.g. vderze ćie/ *percutiam te*; Kogo vderzysz? *quem percuties?* ćiebie/*te*.

Siebie/ *Sui*. Dat: Sobie. Accus: Sie. Ablat. Sobą. Vlt: Sobie. in omnibus numeris.

Singulariter.

Nom.	Ten/ *Hic* vel *ille*;	Tá/ *Hæc*;	To/ *Hoc*.	more Adiectiuorum.
Genit.	Tego/	tey/	tego.	
Dat.	Temu/	tey/	temu.	
Accus.	Tego/	tę/	tego.	
Ablat.	Tym	tą/	tym.	
Vlt.	Tym	tey/	tym.	

Pluraliter.

Nom.	Ci/	te/	te.
Genit.	Tych.		
Dat.	Tym.		
Accus.	Tych/	te/	te.
Ablat.	Tymi.		
Vlt.	Tych.		

Dicimus etiam Ten to / *Hic*, Gallicè *cestuycy*, & ten tám/ seu meliùs támten/ *ille*, *celuyla*.

Nota to omnium generum Nominibus apponi, possumus enim dicere Grzeczna to pánná/ *formosa est*

 hæc

hæc Virgo; grzeczy to człowiek / *egregius homo*, & ferè respondet Gallico *ce* seu *l' estuy*.

Ad hunc ferè modum declinantur ow & on / *is* vel *ille*, nisi quod habeant etiam multos casus coniunctiuos abbreuiatos hoc modo:

Singulare.

Nom. Ow / *Hic*, vel on / *is*, *ille*.

Genit. Owego / onego / vel niego vel iego / vel quod tamen rarum est go.

Dat. Onemu / niemu / iemu / mu.

Accus. Onego / niego / iego / go. vel est similis Nominatiuo vt Adiectiuum.

Ablat. Onym / nim / im.

Vlt. Onym / nim.

Fæmininum Singulare.

Nom. Oná / *illa*, owá / *hæc*.

Genit. & Dat. Owey / oney / niey / iey.

Accus. One / nie / ię.

Ablat. Oną / nią / ią.

Vlt. Oney / niey.

Neutrum Singulare.

Nom. Owo / ono / *illud*.

Genit. Onego / niego / go / iego.

Dat. Onemu / niemu / iemu / mu.

Accus. Ono / nie / ie / & aliquando go.

Ablat. Onym / nim / im.

Vlt. Onym / nim.

Pluralis numerus trium Generum.

Nom. Oni vel one / onę / one.

Genit. Onych / nich / ich.

Dat. Onym / nim / im.

Accus. Onych / nich / ich. vel one / nie / ie.

Ablat. Onymi / nimi / quod scribunt alij onemi / niemi / iemi / vel imi.

Vlt. Onych / nich.

On & ow per ſuos omnes caſus regulariter declinatum, abſolutè aliquando ponitur poſt aliquam interrogationem, v. g. Ktoż był? *quis fuit?* on/ *ille.* Cæterùm debet ſemper annexum habere ſuum Subſtantiuum, vel ſaltem debet ſequi Relatiuum *Qui, quæ, quod.* aliter debemus vti alijs illis caſibus diminutis. Illi ergo caſus niego / niemu / & cæteri incipientes ab n inſeruiunt Præpoſitionibus, hoc eſt, ponuntur poſt Præpoſitiones, niſi tamen ſit expreſſum Subſtantiuum aut ſequatur relatio, tunc enim, vt modò dictum eſt, ſcribendum eſſet onego/ onemu/ ꝛc. exempli gratiâ, bez niego / *ſine illo,* k niemu vel ku niemu/*verſus illum.* Dicimus autem bez onego człowieká/*ſine illo viro,* bez onego ktory ſzedł z tobą/*ſine illo qui tecum ibat,* malè autem diceretur in vtroq; caſu bez iego vel bez go.

Iego/ iemu/ & ſimiles ponuntur abſolutè ſine Subſtantiuis aut verbis Komuś dał? *cui dediſti?* iemu/ *illi.* Poteſt tamen aliquando apponi verbo ad exprimendum meliùs vel diſtinguendum, vt iemu dałem ſzoſtak/ á tobie trzy groſze; *illi dedi ſex, tibi tres groſſos;* Quod etiam intellige de ſupradictis mnie *&* tobie. Iego præthereà ponitur loco Genitiui poſſeſſiui eius, quando in Gallicis eſſe deberet *ſon* vel *ſa,* vt Córká iego / *eius filia, ſa fille.* Go verò & mu/ & in Fæminino ią & iey/ in Neutro mu & ie ſeu go/ ac in Plurali ich ie & im ponuntur poſt verba ſeu tanquam caſus verbi reſpondentq; Gallicis illis relatiuis *le, luy, leur, les.* vt Widziałem go/ *vidi eum, ie l'ay veu;* dałem mu/ *dedi ei, ie luy ay donné, &c.*

Notandum prætereà eſt poſt Præpoſitiones regentes Accuſatiuum poni loco niego in Maſculino ń vel eń coniunctim cum Præpoſitione, vt weń/ *in illum,*

przedeń/ *ante illum*, nádeń/ *super* vel *præter illum*, nań/ *in illum*, przezeń/ *per illum*, pro w niego/ przed niego/ nád niego/ ꝛc.

Sam/ sámá/ sámo/ *Ipse, ipsa, ipsum*, more Adiectiuorum declinatur, quod & solus significat ac liberè præ- aut postponitur suo Substantiuo.

Tenże/ táż/ toż/ vel onże/ onáż/ onoż/ *idem, eadem, idem*, vt sua simplicia declinantur, tegoż / teyże/ tegoż/ ꝛc. fiunt à ten vel on vel etiam ow/ addito że vel ż / hoc est, quando in consonantem desinit aut diphtongum, additur że / quando verò in vocalem, additur ż/ quod euenit etiam in alijs Pronominibus, Nominibus, aut Verbis, quibus euphoniæ, energiæ, aut alius respectus gratiâ additur istud że vel ż.

Adduntur etiam sæpè aliæ particulæ, præsertim in interrogationibus, vt ć ś & ß quod alij ż scribūt, respondetq; istud ß seu ż particulis illis Latinis encliticis *nam* vel *ne* vel etiam *extra* interrogationem approbando, respondet seu æquiualet encliticis alijs *dum* vel *dem* : vt Ktoż vel ktoß? *quisnam?* kogoż? *quemnam?* á ktoraß? *ecquænam?* á widziſzże? *Videsne?* nuż alij nuß / *agedum*, tyleż/ *tantumdem, &c.* ś verò videtur respondere particulæ encliticæ *piam*, vt Ktoś/ *quispiam*, coś vel cośi / *quidpiam*. ć tandem vel ći affirmationis vim habet, & videtur respondere latino *quidem*, vt uczonyć ále pyßny/ *doctus quidem est sed superbus*; poydęć / *ibo quidem*, damći/ *dabo equidem*, vel *dabo tibi*. Kolwiek respondet Latino *cunq;* : vt Ktokolwiek / *quicunq;*, cokolwiek / *quodcunq;*, & manet etiam indeclinatum vt *cunq;* in Latinis, declinando solùm Kto / ꝛc. vt Kogokolwiek / czegokolwiek/ ꝛc.

Kto? *Quis?* Genit. Kogo. Dat. Komu. Accuſ. Kogo. Abl. Kim. Vlt. Kim. Neutrum Co? *Quid?* Genit. Czego. Dat. Czemu. Accuſ. Co. Ablat. Czym. Vlt. Czym.

Kto propriè interrogatiuum eſt, & non refert niſi quando ponitur pro *ille qui*, Gallicè *celuy qui*, vt Kto pierwßy ten lepßy / *qui primus is melior; celuy qui eſt le premier, iceluy, &c.* Nota tamen quod Kto ſignificat etiam *aliquis, quelqu'un.*

Co? etiam purè interrogat; attamen præterquàm quòd ponitur pro *id quod*, *ce que*; vt co obaczywßy / *quod id quod videntes*; *ce qu' ayants veu*; eò frequentiſſimè & in familiari præſertim ſermone vtimur relatiuè, loco Ktory/ ktora/ ktore/ *qui, quæ, quod.* vt in Gallicis *qui* loco *lequel*, in omni genere & numero hoc modo. Si Relatiuum debet eſſe in Nominatiuo, tunc ſimpliciter dicimus co pro ktory/ ktora/ ktore: vt Ten co przyßedł/ *is qui venit*; tá co przyßłá/ *ea quæ venit.* Sin verò in aliquo alio caſu debeat eſſe Relatiuum, tunc dicimus etiam co in Nominatiuo, ſed addimus præterea caſum, nimirùm ſuprà allati Pronominis on/ v.g. Ten co mu Pan dał/ *is cui dedit Dominus*; ten co iego ſyn w cudzey ziemi / *is cuius filius in exteris eſt regionibus*; ci co ich bárzo dobrze znaß/ *ij quos optimè noſti*; quanquàm in obliquis Pluralis numeri videtur vſitatiùs Ktory/ ktora/ ktore/ etiam in familiari ſermone.

Ktory/ ktora/ ktore/ *Qui, quæ, quod*; *le quel, la quelle*, normam Adiectiuorum ſequitur, vt & Ktorykolwiek/ *quicunq́ʒ*, ktoregokolwiek/ etc. niektory/ *aliquis*, niektorego. Nikt pro nikto/ *nemo perſonne.* declinatur vt Kto/ nikogo/ nikomu/ etc. & nic/ *nihil*, pro nico. vt Co/ niczego/ etc.

Jákikolwiek/ *qualiscunque*, iákiegokolwiek/ nam táki *qualis*? si interrogatiuè ponitur, sin minùs significat *aliquis*, etiam more Adiectiuorum declinatur, vt & alia composita iákis/ *quidam, quispiam*, iákiegoś; niektóry/*nonnullus, quidam*, niektórego; żaden/ żadna/ żadne/ *nullus & vllus, a, um*, żadnego/ &c. wszeláki & wszelki/ *qualiscunque* seu *omnis generis*; *de toute sorte*. Wszytek/ wszytká/ wszytko/ *omnis, totus*, wszytkiego/ &c. káżdy/ *quilibet, quisque, vnusquisque*, &c.

Possessiua quoque Moy/ twoy/ swoy/ *meus, tuus, suus*, more Adiectiuorum declinantur, quia tamen in multis casibus syncopen admittunt, placet eorum exemplum proponere.

Singulariter.

Nom. Moy/ moiá & má/ moie & me. *Meus, mea, meum.*
Genit. Moiego mego/ moiey mey/ moiego mego.
Dat. Moiemu memu/ moiey mey/ moiemu memu.
Accus. Moiego mego & moy/ moię mę/ moie me.
Vocat. Moy/ moiá má/ moie me.
Ablat. Moim mym/ moią mą/ moim mym.
Vlt. Moim mym / moiey mey /moim mym.

Pluraliter.

Nom. Moi / moie me / moie me. *Mei, meæ, mea.*
Genit. Moich/ mych *meorum, mearum, meorum.*
Dat. Moim / mym.
Accus. Moich mych / moie me / moie me.
Vocat. Moi / moie me / moie me.
Ablat. Moimi / mymi.
Vlt. Moich / mych.

Vbi nota Moy in Singulari monosyllabum esse; oy enim est diphthongus. In Plurali verò dissyllabum, i enim nunquam coalescit in diphthongum

vt

vt supra innui. Sic declinantur Twoy / *tuus*, swoy / *suus*.

Nász / nászá / násze / *Noster*, *nostra*, *nostrum*, & Wász / wászá / wásze / *Vester*, *vestra*, *vestrum*, normam Adiectiuorum sequuntur.

Obseruandum est hic diligenter Pronomen hoc Swoy / & illud aliud Reciprocum Siebie *sui*, ad omnes tres personas reciprocari, nimirùm cùm verbum est in eadem persona, in qua est Pronomen, v. g. cùm dico paro mihi aliquid, & paro est in prima persona, & mihi Pronomen est primæ personæ, ergò dicendum est, Gotuie sobie co. Sic gotuiesz sobie co / *paras tibi aliquid*; przedałem dom swoy / *vendidi domum meam*; przedałeś dom swoy / *vendidisti domum tuam*, &c.

Si autem verbum sit diuersæ personæ, tunc non vtaris Pronominibus istis Reciprocis, sed alijs vt Latinè & Gallicè loquereris, vt *Parat mihi aliquid*, Gotuie mi co; przedał moy dom / *vendidit meam domum*; przedałem twoy dom / *vendidi tuam domum*; vbi v. g. in primo exemplo *parat* est tertiæ personæ, & *mihi* primæ, ergò iam non potes adhibere Reciprocum Pronomen Sobie.

DE VERBO.

DVO apud Polonos sunt Genera Verborum, *Actiuum* scilicet & *Neutrum*, nam *Passiuum* propriè non habent, sed illud circumloquuntur per verbum Substantiuum, vt infra videbitur.

Actiuum iterum & Neutrum, vel est absolutum vt Miłuie / *amo*, idę / *eo*; vel reciprocum quod particulam

culam śie/ ſeu Accuſatiuum Pronominis reciproci śiebie / annexum ſibi habet, vt Obawiam śie/ *timeo*, śmieie śie / *rideo*.

Species Verborum deriuatorum duæ tantùm conſtitui poſſe videntur. Inchoatiua cuius terminatio in ieie: vt Siwieie/ *caneſco*; aliquando in ne: vt Chudne/ *macreſco*; & Frequentatiua cuius perpetua terminatio eſt em / & aſſiduitatem quandam ſeu habitum ſignificat, & commodiſſimè per verbum *Soleo* exponi poteſt: vt Siadam/ *ſoleo ſedere*, à Siedzę/ *ſedeo*; Bywam/ *ſoleo eſſe*, ab ieſtem/ *ſum*, ſeu być/ *eſſe*; iadam / *ſoleo edere*, ab iem / *edo*; quanquam non omnia verba in am deſinentia Frequentatiua ſunt, ſed primitiua plurima, quæ à ſe frequentatiua, vt plurimùm in iewam formant, vt Szukam/ *quæro*, ſzukiwam/ *quæſito*, mam/ *habeo*, miewam / *ſoleo habere*.

Meditatiua verba circumloquuntur per chce mi ſie/ & Infinitiuum verbi, vt chce mi ſie ieść/ *eſurio*, quaſi diceres *Volo comedere*, vel vt barbarè ipſi aliquando interpretantur, *Vult mihi ſe comedere*.

Modos totidem habent quot Latini, Indicatiuum, Imperatiuum, Optatiuum, Subiunctiuum, & Infinitiuum.

Indicatiuus vt plurimùm ſex tempora habet, Præſens, Imperfectum, Perfectum, Pluſquàm perfectum, Futurum primum ſeu circumſcriptum, quod benè imperfectum vocari poſſet, & Futurum ſecundum ſeu ſimplex, quod perfectum dici poteſt. Multi tamen perfectum cum imperfecto confundunt, licèt verè ſint in pleriſq; verbis diſtincta, non quidem terminatione ſed incremento, vt in Græcis, nonnulla omninò eadem, vt in exemplis Coniugationum infra videbis.

Sunt etiam multa Verba quæ carent alterutro Futuro, de quibus infra.

Imperatiuus vnicum tempus habet, licet in duplici sæpè forma.

Optatiuus & Subiunctiuus totidem quot Latini, etsi duo solùm diuersa habere videntur, quæ etiam sæpissimè confunduntur eaq; mutuantur à tertia persona Perfecti Indicatiui, & Optatiuo verbi Substantiui præpositis aliquando particulis bodáy/*Vtinam*, áby/*Vt*, vel similibus, vt infra meliùs ex exemplis percipies.

Infinitiuus præsens tantùm proprium habet, licet sæpè duplicis terminationis. Cætera tempora circumloquitur; habet tamen quoddam Præteritum Participij seu Gerundij, desinitq; in βy præcedente quacunq; consonante, respondetq; Præterito Participij Verborum Latinorum Deponentium, vt dogoniwßy/ *assecutus*; vmilowawßy/*cùm* vel *postquàm amassem, amasses, &c.* Gal: *ayant aimé.*

Numeri sunt tres, Singularis vt Miłuię/*amo.* Dualis vt miłuiewá/ *amamus nos duo.* Pluralis vt Miłuiemy/ *amamus.*

Duali tamen numero minùs frequenter vtuntur ipsi Poloni, & cùm eo vtuntur id sæpè sine respectu numeri personarum faciunt, vt anteà innui, dicimus enim benè podźmy/ *eamus nos duo.*

Coniugationes (quæ si quoties variant verba, toties peculiaris Coniugatio dici deberet, innumeræ propemodum essent) ad tria capita reducemus, tres enim duntaxat terminationes habent omnia verba Polonica in themate suo, hoc est, in Præsenti Indicatiui, vel enim in em/ vel in am/ vel in e exeunt. Prima ergò erit Verborum in em/ quorum exiguus est numerus. Secunda in am. Tertia in e. Et

quoniam cætera Verba,ad hoc vt ritè coniugentur, egent adminiculo verbi Substantiui ieſtem / *ſum*, ideò priùs videamus quomodo inflectatur antequàm alia Verba magis regularia coniugemus, & formationem Temporum tradamus ex profeſſo.

Indicatiui Modi Tempus Præſens.

Sing. Ieſtem / *Sum*, ieſteś / *es*, ieſt / *eſt*.

Dual. Ieſteſwá / *ſumus duo*, ieſteſtá / *eſtis duo*, rariſſimum eſt.

Plur. Ieſteſmy / *ſumus*, ieſteśćie / *eſtis*, ſą / *ſunt*.

Vel ſic non minùs frequenter:

Iam ieſt / *ego ſum*, tyś ieſt / *tu es*, on ieſt / *ille eſt*.

Plur. Myſmy / *Sumus*, wyśćie / *eſtis*, ſą / *ſunt*.

Vel in prima & ſecunda Singularis numeri ſupprimendo etiam ieſt. Sic Iam / *ego ſum*, tyś / *tu es*; cùm præſertim Adiectiuum aliquod ſequitur, vt iam vbogi / *ego ſum pauper*, tyś bogáty / *tu es diues*, quod etiam poteſt dici vbogim / *pauper ſum*, bogá-tyś / *diues es*; m ſolùm addito pro primâ perſonâ, & ś pro ſecundâ. In Plurali verò ſmy pro primâ, & śćie pro ſecundâ perſonâ, vt Vboďzyſmy / *pauperes ſumus*, bogáćiśćie / *diuites eſtis*, & ſic in alijs Temporibus vt mox videbis.

Præteritum imperfectum & perfectum, idem enim ſunt in non paucis Neutris.

Sing. Byłem / *Eram & fui*, byłeś / był.

Dual. Byłáśwá / byłáśtá. Sed vix eſt in vſu niſi apud Maſouitas.

Plur. Byliſmy / byliśćie / byli.

In Fæminino, hoc eſt, ſi fæmina loquatur.

Sing. Byłám / byłáś / byłá.

Plur. Byłyſmy / byłyśćie / były. quanquam in Plurali dici etiam poſſis, Byliſmy / byliśćie / & meliùs quidem quàm Byłyſmy / byłyśćie.

In Neutro.

Sing. Byłom / byłoś / było.
Plur. Byłyśmy / byłyście / były.
Possumus etiam dicere in prima persona Byłech / byłach / byłoch / posito loco m / ch. & in Plurali byłichmy. sed sic duriùs.

Vel sic & non minùs vsitatum in Masculino.

Sing. Jam był / *ego fui*, tyś był / on był.
Plur. Mysmy byli / wyście byli / oni byli. Dicunt pariter nonnulli Jach był / mychmy byli.

In Fæminino.

Sing. Jam była / tyś była / oná byłá.
Plur. Mysmy były / wyście były / one były.

In Neutro.

Sing. Jam było / tyś było / ono było.
Plur. Mysmy były / wyście były / one były.

Obserua igitur diligenter Polonos sæpissimè terminationes primæ & secundæ personæ vtriusq; numeri in præcedentes dictiones reijcere solere, hoc est m / vel rariùs ch denotans primam personam Singularem; ś secundam Singularem; śmy vel chmy primam Pluralem; ście secundam Pluralem, quæ literæ vel syllabæ in vnum verbum cum illa dictione coalescunt cui adiunguntur: vt Wczorám był / *heri fui*, wczoráś był / *heri fuisti*, wczoráśmy byli / *heri fuimus*, wczoráście byli / *heri fuistis*; & sic elegantiùs & vsitatiùs quàm wczorá byłem / &c. licet etiam sic benè dici possit, & nota hanc terminationem resectam à verbo debere statim annecti primæ dictioni totius commatis, licet verbum sit in medio vel fine: vt Tylkom wczorá był / *tantùm heri fui*, malè enim diceres tylko wczorám był. Memoria etiam hic repete, quod supra diximus de alijs adiectionibus literarum aut syllabarum

in

in Pronominibus, ſcilicet ſi dictio cui applicantur huiuſmodi literæ, deſinit in conſonantem aut diphtongum, additur etiam e inter ipſam dictionem & literas adiunctas, ſin vocali terminetur nihil additur: vt Iużem był / *iam fui*, iużeście byli / *iam fuiſtis*, non iużście byli / ad vitandam pronunciandi aſperitatem.

Præteritum pluſquam perfectum.

Sing. Byłem był / *fueram*, byłeś był / był był.
Plur. Byliſmy byli / byliście byli. Byli byli.

Futurum vnicum.

Sing. Będę / *ero*, będzieſz / będzie.
Plur. Będziemy / będziecie / będą.

Eliditur etiam aliquando y in prima perſona Plurali, & dicitur Będziem pro będziemy / quod euenit in omnibus alijs Verbis & Temporibus ſimiliter deſinentibus, hoc eſt in iemy.

Imperatiuus.

Sing. Bądź / *eſto*, niech będzie / *ſit*.
Plur. Bądźmy / *ſimus*, bądźcie / *eſte*, niech będą / *ſint*.

Optatiuus.

Sing. Bodaiem był / *Vtinam ſim, eſſem, Vel fuerim*, bodaieś był / boday był.
Plur. Bodaieſmy byli / bodaieście byli / boday byli. vel ſic O bym / ſeu ſine o / bym; vel bym był / vel był bym / był byś / był by.
Dual: rarus Byśwa była / byśta była / à quo abſtine.
Plur. Byſmy / byście byli.
Bym poteſt poni ſi ſequatur Adiectiuum, ſi verò abſolutè ponatur, debet dici bym był; & ſic in omnibus Temporibus tam Optatiui quàm ubi[illegible]iui.

Infinitiuus.

Bydź / *eſſe*, vel być.
Futurum. Mieć bydź / *fore*.

Gerund.

Gerund. Bycia vel byc / *d'estie.* Bedac / *cùm sim,* bywßy / *cùm fuerim,* &c.
Part. Bedacy. Kto ma byd3 / Futurum.

PRIMA CONIVGATIO.

Paradigma Primæ Coniugationis Verborum in em.

Vmiem / *scio,* vmiec / *scire,* seu *tenere callere.*

Indicatiui modi Tempus præsens.
Sing. Vmiem / *scio,* vmieß / vmie.
Dual. Vmiewá / vmietá.
Plur. Vmiemy / vmiecie / vmieia.
Præteritum imperf. & perf. Idem enim sunt in plerisq; incipientibus ab u / quæ videntur composita & præterea in multis Neutris.

In Masculino.

Sing. Ja vmiałem / *sciebam & sciui,* ty vmiałeś / on vmiał.
Dualis sed rarissimus in Præterito, ideòq; illum ampliùs non producemus, wá vmiáłáśwá / vmiáłáśtá.
Plur. My Vmieliśmy / wy vmieliście / oni vmieli / a ante ł verso in e.

In Fæminino.

Sing. Ja Vmiáłám / ty vmiáłáś / oná vmiáłá.
Plur. Vmiáłyśmy vel vmieliśmy / vmiáłyście vel vmieliście / vmiáły.

In Neutro.

Sing. Ja Vmiáłom / ty vmiáłoś / ono vmiáło.
Plur. Vmiáłyśmy / vmiáłyście / vmiáły.
vel vt suprà dictum est, vide Byłem.

Sing. Jam Vmiáł / tyś vmiał / on vmiał.
Plur. Myśmy Vmieli / wyśćie vmieli / oni vmieli.
Fæmin.
Jam Vmiáłá / tyś vmiáłá / oná vmiáłá.
Neutr.
Sing. Jam Vmiáło / tyś vmiáło / ono vmiáło.
Plur. Myśmy Vmiáły / wyśćie vmiáły / one vmiáły.

REGVLA GENERALIS.

Formatur ergo Præteritum hoc, tam in hac quàm in alijs Coniugationibus ab Infinitiuo, qui Infinitiuus variam in varijs verbis formam & terminationem habet, vt infra videbitur. In hac Coniugatione in eć desinit, ieſtem / & iem exceptis.

REG: GEN: Verba igitur omnia tam huius quàm aliùs Coniugationis, quorum Infinitiuus desinit in eć / Præterita formant mutato eć in ałem seu ał.

Plusquàm perfectum.

Sing. Vmiałem był / *sciueram*, vmiałeś był / vmiał był.
Plur. Vmieliśmy byli / vmieliśćie byli / vmieli byli.
Vel
Jam Vmiał był / tyś vmiał był / ꝛc.
Seu meliùs postposito był: hoc modo
Sing. Jam był vmiał / tyś był vmiał / on był vmiał.
Plur. Myśmy byli vmieli / wyśćie byli vmieli / oni byli vmieli.
Fæmin.
Vmiáłám byłá / vmiáłáś byłá / ꝛc. vel
Jam byłá vmiáłá / tyś byłá vmiáłá / ꝛc.
Sic Neutrum.
Vmiáłom było / vel Jam było vmiáło / ꝛc.

REG: GEN: Fit plusquam perfectum in omnibus verbis à Perfecto siue Imperfecto, additâ tertiâ per-

sonâ

ſonâ Præteriti perfecti verbi Subſtantiui, hoc eſt, był / byłá / było / vt vides.

Futurum primum.

Sing. Będę Vmiał / vmiałá / vmiáło. *Sciam.*
Będźieſz Vmiał / vmiáłá / vmiáło.
Będźie Vmiał / vmiáłá / vmiáło.
Plur. Będźiemy vmieli / będźiećie vmieli / będą vmieli / vel vmiáły.

Et aliquando Będę vmieć / *ſciam*, będźieſz vmieć / ꝛc. Et hoc cum Infinitiuo rariùs vtuntur, elegantiſſimè tamen ponitur in fine commatis poſtpoſito Subſtantiuo, v. g. y vmieli y vmieć będą / *& ſciuerunt & ſcient.*

REG: GEN: Fit in omnibus verbis à Futuro verbi Subſtantiui będę / & tertia perſona Imperfecti, ſeu vt dictum eſt, aliquando ab eodem Futuro verbi Subſtantiui, & Infinitiuo proprij verbi.

REG: GEN: Futuro ſecundo caret hoc Verbum, & eſt Regula Generalis, quòd omnia Verba, quæ perfectum non habent diſtinctum ab imperfecto, carent etiam Futuro ſecundo & Præſenti ſecundo tam Imperatiui quàm Infinitiui, vno verbo omnibus quæ à Perfecto diſtincto vel deriuantur vel incrementum mutuantur, vt infra clariùs patebit.

Imperatiuus.

Sing. Vmiey / *ſcias*, niech vel niechay vmie / *ſciat.*
Plur. Vmieymy / vmieyćie / niech vel niechay vmieią.

Inuenitur etiam prima perſona niech vmiem / *ſciam, que ieſcache;* concedendo vel imperando.

Fit à tertia Plurali præſentis Indicatiui ſublato ą & i quando eſt mutato in y / quod tamen alij relinquunt, & hoc intellige ſolùm, cùm ią illud finale præcedit vocalis, nam quando conſonans præcedit, totum ią illud finale abijcitur: vt à robią / *laborant*, dic rob' / *labora.* Quod

Quod si illa consonans quæ á præcedit, cognationem habet cum alijs, tunc illa vel z assumit, vel in cognatam mutatur: vt à kládá/ *ponunt*, fit kładź/ *pone*; à pierá/ *assant*, piecz/ *assa*; à biorá/ *capiunt*, bierz/ *cape*. Quæ in ná tertiam Pluralem habent, si præcedat vocalis, á tantùm abijciunt: vt giná/ *pereunt*, giń/ *peri*. (vbi ń fit molle vt vides, quod etiam in alijs contingit) Si verò præcedat consonans, á mutant in i: vt krádná/ *furantur*, krádniy/ *furare*, ad vitandam duritiem. Tertia autem persona tam Singularis quàm Pluralis numeri, est ipsa tertia persona præsentis Indicatiui præponit niech vel niechay. Záwieſze záwieś à záwieśił/ scribenda regula.

Imperatiui secundi seu perfecti fiunt à tertia Plurali, Futuri secundi eadem omninò ratione.

Optatiui Præsens & Futurum.

Sing. Obym vel bych vmiał/ *Vtinam scirem*, byś vmiał/ by vmiał.

Plur. Byśmy vmieli/byśćie vmieli/ by vmieli. nam obyvmiałem/ non est in vsu.

Vel sic Boday vmiałem.

Seu meliùs Bodaiem vmiał/ vmiáłá/ vmiáło/ *Vtinam sciam*; bodaieś vmiał/ łá/ ło. boday vmiał/ łá/ ło.

Plur. Bodaiesmy vmieli/ bodaieśćie vmieli/ boday vmieli.

Sic etiam sæpè loquuntur Boże day vel Day Boże ábym vmiał/ ábyś vmiał/ ꝛc. quasi *faxit Deus Vt, &c.*

Imperfectum.

Obym Vmiał/ ꝛc. vt suprà, vel sine o/ vmiałbym/ *scirem*, vmiałbyś/ ꝛc vel radbym vmiał/ *libenter scirem*. si cum Boday/ *Vtinam*, bodaybym vmiał.

Perfe-

Perfectum vel cum imperfecto, vel cum plusquàm perfecto conuenit, idemq; est.

Plusquàm perfectum.

Obym był vmiał/ *Vtinam sciuissem*, obyś był vmiał/ ꝛc. vel Bodaiem był vmiał/ bodaieś był vmiał.

REG: GEN: Nota enim omnia hæc Tempora Optatiui sæpè confundi, & vnum pro altero adhiberi, sæpè enim dicunt Vmiałbym/ pro *sciuissem*, & vmiałbym był/ pro *scirem*.

REG: GEN: Optatiuus igitur totus & Subiunctiuus nihil est aliud quàm tertia Perfecti Indicatiui, cui præponitur aut postponitur Optatiuus verbi Substantiui, hoc est, bym vel bym był.

Subiunctiuus idem esse videtur cum Optatiuo, nisi quòd aliæ præponantur particulæ vel nullæ, hoc modo.

Coniunctioni latinæ *cùm* respondet quidem Polonica gdy/ sed ea in Polonicis semper Indicatiuum postulat, nisi quando ponitur pro ieśli/ *si*, idcircò præsens Subiunctiui, quod rarùm est, vel absolutè sine particula ponitur, vel solùm post byle/ hoc modo:

Vmiałbym/ *scirem*, vmiałbyś/ vmiałby/ ꝛc.

Bylebym vmiał/ *si modò scirem*, *pourueuque ie sceusse*, quod dicitur etiam bylem vmiał/ byleś vmiał/ byle vmiał/ ꝛc.

Nota prætereà áby & żeby respondere Coniunctioni Latinæ *Vt*, & videri gaudere Subiunctiuo vt in Latinis, illis tamen solùm applicatur tertia Perfecti Indicatiui in vtroq; tempore, hoc est, Præsenti & Imperfecto, nam *Vt* hæc duo solùm tempora regere videtur, nisi quando ponitur pro *que* Gallico seu *quod*, nimirùm in Latinis post *ita*, *tam*, *talis*, *tantus*, & similia; in eo casu Polonicè non dicimus áby vel żeby/ sed że vel iż/ quod *que* & Indicatiuo

 seruit;

ſeruit, vt v.g ták trudny żem go nigdy nie mogł pojąć / *tam difficilis vt id nunquam capere potuerim.* Solùm vtimur żeby vel áby poſt verba, & quando in Gallicis dicimus *affinque*, Sic autem coniugabis:

Sing. Abym vmiał / vmiáłá / vmiáło / *vt ſciam* vel *vt ſcirem*, ábyś vmiał / áby vmiał.

Plur. Abyſmy vmieli / ábyśćie vmieli / áby vmieli.

Inuenitur tamen ábym był vmiał.

Præteritum Imperfectum abſolutè efferri poteſt

Vmiałbym / vmiałbyś / ꝛc.

Et reſpondet priori Imperfecto Gallico, *ie ſcaurois, tu ſcaurois, &c.*

Cæterùm admittit ante ſe alias particulas, quæ ſecus in alijs temporibus Indicatiuo gaudent; hæ autem ſunt coniunctiones: choć / choćiay vel choćiaſz / *etiamſi*, ieśli vel ieżeli / *ſi*, gdy & kiedy / *ſi*, & byle / *modò, dummodò*, vt choćbym vmiał / *etiamſi ſcirem*, choćbyś vmiał / ꝛc. kiedybym vmiał / *ſi ſcirem*, kiedybyś vmiał / ꝛc.

Perfectum rarum eſt, & cum Imperfecto ſeu pluſquam perfecto coincidit.

Pluſquam perfectum eodem modo adhibetur quo Imperfectum hoc eſt, vel abſolutè:

Vmiałbym był / *ſciuiſſem*, vmiałbyś był / ꝛc.

Vel poſt particulas ſupradictas, *v.g.*

Kiedybym był vmiał / *ſi ſciuiſſē*, kiedybyś był vmiał / ꝛc.

Futuro Subiunctiui propriè carent, ſed loco illius vtuntur Futuro Indicatiui abſoluto, vbi eſt, præponendo gdy vel kiedy / *cùm*, nim / *antequam*, iák / *poſtquam*, ſkoro / *ſtatim atq;*, vt gdy bede vmiał / *cùm ſciuero*, bedźieſz vmiał / ꝛc.

Et ratio videtur eſſe quòd illæ particulæ gdy / kiedy / & cæteræ antedictæ gaudent Indicatiuo, præterquam in Imperfecto & pluſquam perfecto.

Infini-

Infinitiuus. Vmieć/ *Scire.*

Perpetua quidem Infinitiui terminatio est ć/ & in nonnullis dź/ aut etiam in paucis c. Formatio autem eius certis regulis comprehendi vix potest, eò quòd omnes alios modos multiplici varietate superet, fit tamen in hoc verbo à themate mutato m in ć.

Præterito carent, sed illud reddunt per że/ *cùm.* Indicatiuo vt etiam Galli, & aliæ pleræq; Nationes, vt *Scio te sciuisse,* wiem żeś vmiał/ *ie scay que tu as sceu.* In alijs periphrasi vtuntur, vt vsus docebit.

Futuro etiam propriè carent, sed per mieć/ *habere,* quod est Latinis *debere,* Gallis *deuoir,* per omnia tempora coniugatum illud circumscribunt, mieć vmieć/ *sciturum esse, deuoir scauoir*, vnde thema mam vmieć/ *sciturus sum, ie dois scauoir,* masz vmieć/*sciturus es,&c.* planè vt Galli faciunt *ie dois, tu dois, &c.*

Gerundia.

Vmienia/ *sciendi.* Quo est rarum, & est propriè Genitiuus verbalis vmienie/ quasi diceres *scitio,* vnde difficilè est dare regulam formationis illius, sed potiùs ex vsu aut ex dictionarijs quærendam esse velim. Fit tamen semper à Participio Passiuo paucis mutatis.

Per Infinitiuum igitur sæpè hoc Gerundium in *di* reddimus: vt *Tempus est sciendi,* czás vmieć/ meliùs & vsitatiùs quàm vmienia.

Vmiejácy vel vsitatiùs vmiejąc/ *sciendo.* Idem esse videtur cum Participio præsentis temporis.

REG: GEN: Gerund: Præteriti temporis Vmiawszy/ *cùm sciuissem.* Respondet Gallico *ayant sceu.* Fitq; à tertia perfecti, mutato lem in szy si præcedat cõsonans; si verò vocalis, mutato lem in wszy:

vt Vmiawßy ab vmiałem / iadßy ab iadłem / thema Jem / *edo.*

Gerundio similiter in *dum* propriè carent, illud autem reddunt vel per Præpositionem & verbale hoc modo: do vmienia vel dla vmienia / *ad sciendum* vel *propter sciendum*, quasi *ad* vel *propter scitionem*, vel vtuntur aliqua alia periphrasi.

Loco Supini adhibent Infinitiuum Vmieć / *Scitum.*

Participium Præsentis temporis seu Actiuum Vmieiący / seu per apocopen quæ frequentissima est Vmieiąc / vmieiąca / vmieiące. *Sciens.*

REG: GEN: Fitq; à tertia Plurali præsentis Indicatiui, addito cy in omnibus ferè verbis.

Part: Præt: seu Passiuum.

Vmiány / a / e. *Scitus, a, um.* sed rarum.

Futurum propriè non habent, sed vt dictum est de Futuro Infinitiui per mieć / *debere*, circumscribitur, Kto ma vmieć / *Sciturus*, quasi *qui debet scire.*

Sic in omnibus coniugatur śmiem / *audeo*, & wiem / *scio*, nisi quòd in tertia plurali Præsentis Indicatiui facit wiedzą / in Præterito wiedziałem / Imperatiuo wiedz / Infinitiuo wiedzieć / Gerund. wiedzenia / *sciendi*, wiedząc / *sciendo* vel *sciens, &c.*

Sic & rozumiem / *intelligo*, nisi quod Perfectum distinctum aliquando habeat & consequenter Futurum secundum, Imperatiuum & Infinitiuum duplex, & ferè omnia alia tempora duplicia, quare eius paradigma substituo:

Indicatiui modi Tempus præsens.

Sing. Rozumiem / *intelligo*, rozumieß / rozumie.
Dual. Rozumiewá / rozumietá.
Plur. Rozumiemy / rozumiecie / rozumieią.

Imperfectum.

Sing. Rozumiałem / *intelligebã*, rozumiałeś / rozumiał.

Plur.

Plur. Rozumieliſmy / rozumieliście / rozumieli.

Perfectum.

Sing. Zrozumiałem / *intellexi*, zrozumiałeś / zrozumiał.

Plur. Zrozumieliſmy / zrozumieliście / zrozumieli.

Nota ergo vt ſupra innui Perfectum in pleriſq; verbis & præſertim actiuis & alijs quæ gignunt ex ſe composita, diſtingui ab imperfecto, & hoc incremento quod plerumq; aſſumunt à ſuis compoſitis, hoc eſt, Præpoſitionem aliquam ſiue ſeparabilem ſiue inſeparabilem præponendo imperfecto,& tunc tantummodò cùm actiuè ponuntur & caſus eorum ponitur,nam ſine caſu cùm ponuntur quaſi neutraliter tunc vtimur loco Perfecti Imperfecto, & ſic loco Futuri ſecundi primo,&c. Quod in hoc verbo luculenter patet, quando enim ſignificat *puto* vel *credo* quod eſt neutrum, tunc nullum capit incrementum in Perfecto & Futuro aut alio quocunq; tempore: vt Rozumiałem non zrozumiałem żeś poiechał/*putaui te diſceſsiſſe*. Contra verò quando ponitur pro *intelligo* ſeu *percipio*, quod eſt actiuum cum ſuo caſu, tunc capit incrementum: vt Zrozumiałem tę rzecz/*rem intellexi*, pierwey zrozumiem rzecz / *rem prius intelligam*. Quæ tempora cum compoſito zrozumiewam coincidunt, vt in pleriſq; alijs verbis.

Præteritum pluſquam perfectum.

Rozumiałem był/ ſi ſine caſu & pro *putaueram* ponitur, rozumiałeś był / ꝛc.

Zrozumiałem był / ſi cum caſu pro *intellexeram*, zrozumiałeś był / ꝛc.

Futurum primum ſeu imperfectum.

Będę rozumiał vel alioquin rozumieć / *putabo*.

Futurum ſecundum ſeu perfectum.

Sing. Zrozumiem / *intelligam*, zrozumiesz / zrozumie.
Plur. Zrozumiemy / zrozumiecie / zrozumieią.
Fit à Præſenti aſſumpto incremento, quo ſolùm ab eo differt.

Eadem ferè ratio eſt horum futurorum. Primo quippè vtimur cum ſine caſu ponitur. Secundo cum caſu. Cæterùm primum actionem in fieri videtur ſignificare, ſecundum in facto, ſeu rem vt factam denotat, vt patet in verbo żenie ſie / *vxorem duco*, nam cùm dico bede ſie żenił / ſignificat actionem ipſam qua vxorem ducere intendo quaſi dicerem vxorem ducere volo, *ie me veux marier*; ſed cùm dico ożenie ſie / iam omninò rem tanquam factam aſſero, vxorem ducam, *ie me marieray*.

Idem ferè intellige in alijs verbis & temporibus duplicibus, quæ in alijs linguis vix perfectè reddi poſſent, vnde ſemel hic pro ſemper ſit diligenter notatum, illa prima tempora tam in Indicatiuo quàm in Imperatiuo Infinitiuo vel alio modo acceptam, ſeu quaſi arreptam tantùm actionem ſignificare; ſecunda verò ſcilicet cum incremento perfectam actionem, & in præterito quaſi tempore ſignificare.

Imperatiuus primus ſeu imperfectus.

Sing. Rozumiey / *puta & intellige*, niech rozumie.
Plur. Rozumieymy / rozumieycie / niech rozumieią.

Secundus ſeu perfectus.

Sing. Zrozumiey / *intellige*, niech zrozumie.
Plur. Zrozumieymy / zrozumieycie / niech zrozumieią.

Incremento ſolùm differt à primo, fitq; à tertia Plurali Futuri in omnibus verbis, paucis mutatis.

Optatiuus.

Bodaiem Rozumiał vel obym rozumiał / *vtinam intelligam*

intelligam vel *intelligerem, putem* vel *putarem,* sine casu.
Bodaiem zrozumiał / obym zrozumiał / *Vtinam intelligam* & *intelligerem,* cum casu.
Et in plusquam perfecto.
Bodaiem był rozumiał & zrozumiał / vel obym był rozumiał & zrozumiał / *Vtinam intellexissem,* & sic in cæteris.
Infinitiuus imperfectus.
Rozumieć / *putare* & *intelligere.*
Perfectus.
Zrozumieć / *intelligere.*
Gerund.
Rozumienia & zrozumienia / *intelligendi.*
Rozumieiąc & zrozumieiąc / *intelligens.*
In Præt.
Rozumiawszy & zrozumiawszy / *cùm intellexerim, &c. ayant entendu.*
Part.
Rozumieiący & zrozumieiący / *intelligens.*
Rozumiány & zrozumiány / *intellectus,* & per apocopen zrozumian.

Sic ferè coniugatur.

Sing. Iem / *comedo,* ieśz / ie.
Plur. Iemy / iećie / iedzą.
Imperf.
Sing. Iadłem / iadłeś / iadł.
Plur. Iedlismy / iedliśćie / iedli.
Perf.
Iadłem / si sine casu. Si autem cum casu
Ziadłem / ziadłeś / ziadł. Plur. Ziedlismy / &c.
Futurum primum.
Będę iadł vel ieść / będźiesz iadł vel ieść / &c.

Secundum

Sing. Ziem/ zieſz/ zie. Plur. Ziemy/ ziécie / zïedzą.

Imperatiuus.

Sing. Jedz & zïedz / niech ie.

Plur. Jedzmy / iedźcie / niech iedzą.

Infinitiuus. Jeść / *comedere*, cum caſu zieść.

Gerund. Jedzenia & zïedzenia / *comedendi*, iedząc & ziedząc / *comedendo & comedens*, iadſzy & ziadſzy / *cum comederim, &c.*

Jedzony & ziedzony / *comeſtus.*

Hæc verba ferè ſingula habent ſua compoſita, quæ licet eodem modo non terminentur, in perfectis temporibus imitantur coniugationem ſimplicium, quia tamen in cæteris variant, eorum inflexionem poſt ſimplicium coniugationem ponemus.

Et ſic habes coniugata omnia verba huius terminationis in iem. Vnde collige quanta ſit varietas in coniugatione cæterorum Verborum, ſiquidem in hac coniugatione, vel ex ſex verbis vix duo inueniuntur, quæ eâdem omninò ratione inflectantur.

SECVNDA CONIVGATIO Verborum in am deſinentium.

Paradigma Verbi Secundæ Coniugationis

Czytam / *lego*; czytáć / *legere.*

Indicatiui modi Tempus præſens.

Sing. Czytam / *lego*, czytaſz / czyta.

Dual. Czytawá / czytatá.

Plur. Czytamy / czytaćie / czytáią.

Præt. Imperfectum.

Sing. Czytałem / czytałeś / czytał.

Plur. Czytáliſmy / czytáliśćie / czytáli.

Fit

Fit ab Infinitiuo mutato ć in łem/ & hoc in omnibus verbis cuiuscunq; coniugationis, quorum Infinitiuus desinit in áć ać ić yć oć & uć/ vel viceuersa Infinitiuus fit ab hoc præterito mutato łem in ć. vt Czytáć / czytałem; prágnąć/ *desiderare*, prágnąłem / *desiderabam*; bić / *percutere*, biłem/ *percutiebam*. Et certè in hac coniugatione potes tibi formare hoc tempus à tertia Plurali præsentis Indicatiui mutato ią in łem / vnde postea formabis Infinitiuum modo dicto.

Quæ habent Infinitiuum in eć mutant illud in ałem. vt Słyszeć / *audire*, słyszałem / *audiui*, à słyszę / *audio*; paucis exceptis infra afferendis.

Quæ habent Infinitiuum in śc vel c / mutant illud etiam in łem/ sed resumunt consonantem quæ erat in themate, vt Páść/ *cadere*, facit padłem/*cecidi*, quia in themate est padam/ *cado*. Sic strzyc/*Vellere*, strzygłem/ *Vellebam*, à strzygę / *Vello*. Stłuc/ *contundere*, stłukłem/ *contudi*, à tłukę / *contundo*. Strzec vel strzedz / *asseruare*, strzegłem / *asseruaui*, à strzegę / *asseruo*.

Præt. perfectum cum casu.

Przeczytałem/ *legi* aut *perlegi*, przeczytałes / ꝛc.

Futurum primum.

Bede czytał & czytáć / *legam*.

Secundum.

Przeczytam / *legam* seu *perlegam*, przeczytasz / ꝛc. Simile est præsenti Indicatiuo assumpto incremento vt vides. Sed hoc solùm in regularibus, quæ habent in Præterito ałem regulariter formatum à tertia Plurali; nam cætera quæ in hac coniugatione Perfectum habent irregulariter formatum siue in iłem siue in yłem aut nąłem, faciunt Futurum secundum mutato iłem vel yłem vel ąłem in e / &

resumptâ consonante præcedente thematis si mutata erat in Præterito, vt à porzućiłem / *proieci*, porzucę / *proijciam*, quia est in themate c non ć / rzucam / *iacio*, ab ofuknąłem / *obiurgaui*, ofuknę / *obiurgabo*, thema fukam / quod etiam facit in præterito posukałem / & in futuro posukam.

Quæ dłem habent faciunt dnę: vt à zpadłem / *cecidi*, zpádnę / *cadam*, thema padam / *cado*; à zgadłem / *diuinaui*, zgádnę / *diuinabo*. Cætera regulas nesciunt, vsum consule.

Imperatiuus.

Sing. Czytay & przeczytay / *lege*, niech czyta.

Plur. Czytaymy / czytayćie / niech czytáią.

Infinitiuus.

Czytáć & przeczytáć / *legere*.

Gerund.

Czytánia / *legendi*, czytáiąc / *legendo*, czytawszy & przeczytawszy / *cùm perlegissem*.

Part.

Czytáiący & czytáiąc / *legens*.

Czytány / przeczytány / *lectus*.

Sic coniugantur pleraq; tàm neutra quàm actiua in am desinentia, præter composita de quibus infrà, & nonnulla simplicia quæ mox ordine alphabeti substituemus.

Verba etiam reciproca eodem modo declinantur, addendo solùm singulis personis vbiq; śię / exempli causa, Gniewam się / *irascor*, gniewasz śię / gniewa śię.

Plur. Gniewamy śię / gniewaćie śię / gniewáią śię.

Imperf.

Gniewałem śię / gniewałeś śię / &c.

Perf.

Rozgniewałem śię vel pogniewałem śię / &c.

Plus-

Plusquàm.

Rozgniewałem się był / rozgniewałeś się był.

Futurum primum.

Będę się gniewał / będzieß się gniewał / ꝛc.

Secundum.

Rozgniewam się / rozgniewaß się / ꝛc.

Imperat.

Gniewáy się / rozgniewáy się.

Optatiuus.

Gniewałbym się / obym się gniewał / ꝛc.

Infinitiuus.

Gniewáć się / rozgniewáć się / *irasci.*

Vbi obserua dispositionem particulæ się / quòd post primum statim vocabulum ponatur siue sit verbum siue non ; non enim benè diceres *v.g.* Będę gniewał się / sed dic będę się gniewał. Sic Jam gniewał się / *iratus sum*, dic iam się gniewał. Circa incrementum quod assumunt verba, in singulis coniugationibus variant.

Multa neutra respuunt incrementum, cætera verò præsertim actiua assumunt pro incremento vel u / quæ præpositio perfectionem significat: vt łápam / *Capio*, vłápiłem / *cepi*, ßykuię / *instruo, ordino*, vßykowałem / *ordinaui*, trácę / *perdo*, vtráciłem / *perdidi, &c.* vel po / vt cáłuię / *osculor*, pocáłował / *osculatus est*, dziękuię / *gratias ago*, podziękował / *gratias egit*, máżę / *maculo*, pomázał / *maculauit*; vel z / vt kośztuię / *gusto*, zkośztował / *degustauit, &c.* alia roz / przy / od / prze / vel alias præpositiones quas meliùs vsus docebit, & ex significatione præpositionum in compositione quam inferiùs exponam, faciliùs percipies & accommodare tibi postea poteris.

ANO-

ANOMALA SECVNDÆ CONiugationis.

Verba desinentia in czam.

Rzucam / rzucasz / rzuca / regulariter.
Imperfectum regulariter Rzucałem. In omnibus est regulare Imperfectum.
Perfectum Porzuciłem.
Futurum primum regulariter Będę rzucał.
Secundum Porzucę.
Imperatiuus primus regulariter Rzucay.
Secundus Porzuć.
Infinitiuus Rzucáć / porzućić.
Gerund. Rzucánia & porzucenia / à rzucány & porzucony / rzucawszy & porzućiwszy.
Trącam / *trudo*, trącasz / regulariter quidem inflectitur, sed & trącę / trąćisz / inuenitur in eadem significatione.
Sic Wracam / *verto* & *reddo*, & wrocę / & multa alia.
Obracam / *conuerto*, in Perfecto obroćiłem / compositum est à wrocę vel wracam.
Ocucam / *expergefacio*, ocućiłem & ocknąłem. Infinit. Ocućić & ocknąć. etiam compositum.
Przemycam / *Legem de portorio soluendo violo.* Præt. Perf. Przemyćił. vnde Infinit. Przemyćić / à myto quasi mycę.
Vbi nota inueniri multa composita sine proprio themate, seu simplici verbo à quo deriuentur, sed id omninò fingendum est.
Czam. Dokuczam / *vrgeo.* Imperf. Dokuczał regulariter semper. Perf. Dokuczyłem. vnde Infinit. Dokuczáć & dokuczyć / quasi à kuczę inusitato.
Sic

Sic Domieſzczam / *compotem facio*, habet in Perf. Domieściłem. Vbeſpieczam / *ſecurum reddo*, vbeſpieczył. Poduſzczam / *incito*, poduſzczył. Poruczam / *committo*, póruczył. Przywłaſzczam / *approprio*, przywłaſzczył / & ſimilia quæ compoſita ſunt, licet careant ſimplici verbo.

Puſzczam / *dimitto* Perf. Puściłem. Futurum ſecundum reg: Puſzczę. Imperat. Puſzczay & puść / ꝛc. quia dicitur & puſzczę. Sic alia illa duplicia, quaſi habeant duplex thema, vnde etiam taczam / *voluo*, habet in Perf. Potoczyłem / potoczę / ꝛc.

Dam. Padam / *cado*. Perf. Padłem. Fut. ſecundum Pádnę. Imperat. ſecund. Pádniy. Infin. ſecund. Páść. Part. ſecund. Pádnąc.

Gadam / *loquor*, regulariter quidem inflectitur, ſed compoſita habent in Perfecto dłem / & aliquando dnąłem. In Futuro autem ſecundo dnę / vt Zgadłem / *diuinaui*, zgádnę / *diuinabo*, zgádniy / *diuina*.

Gam. Dźwigam / *porto*. Perf. Dźwignąłem / ꝛc. Sic drgam / *palpito*, migam / *vibro*, mrugam / *nictor*, rzygam / *ructo*, ścigam / *perſequor*, tárgam / *lacero*, wierzgam / *calcitro*.

Ścigam / *ſector*, cum compoſitis. Perf. Ścignąłem & ścigłem / vnde Infinit. ſecund. Ścignąć & ścic.

Sic Siągam / *attingo*, siągnął & siągł. vnde Fut. ſecund. Sięgnę & siągnę. Imperat. ſecund. Sięz & siągay. Infinit. ſecund. Siągnąć & siąc. Part. ſecund. Siągány. Sic Strugam / *ſcalpo*, ſtruzony habet.

Cham. Multa in cham habent in Perfecto etiam nął: vt Buchám / *efferueo*, charcham / *ſcreo*, chucham / *afflo ore*, dmucham / *flo*, macham / *verſo*, pcham / *trudo*, pierzcham / *repentè fugio*, słucham / *audio*, tucham / *agito*, pucham / *halito*, vśmiecham / *arrideo*,

deo, &c. In plerisq. tamen durum est Præteritum in nął.

Zdycham / *morior* propriè de bestijs. Perf. zdechł. Fut. secund. zdechnę. Infinit. secund. zdechnąć. Præt. Participij zdechły.

Iam. Chybiam / *aberro*, chybiłem. Fut. secund. Chybię. Sic Mieniam/ *muto*, pochlebiam/ *adulor*, ponawiam/ *innouo*, pełniam/ *adimpleo*, wßczepiam/ *insero*, trafiam/ *collimo*, sprawiam/ *exequor*, stawiam / *statuo*, *&c*

Miiam / *prætereo*, minąłem.

Ceniam aut fortasse meliùs cenię / *impono pretium*, zacenił / à ceną / *pretium*.

Kam. Pauca in kam regulariter, habent enim in Præterito perfecto plurima knąłem: vt Brzakam / *pulso*, brzaknąłem Sic Krzykam/ *exclamo*, fukam/ *obiurgo*, zaiąkam się / *balbutio*, klękam / *genuflecto*, námiękam/ *fraceo*, & cætera huiusmodi composita.

Sarkam / *sorbeo*, ßczekam/ *latro*, & alia multa.

Łkam/ *singultio*, & łykam/ *glutio*, połknąłem. Sic tykam & dotykam się / *tango*, dotknąłem się.

Ciskam/ *iacio*, & alia in skam abijciunt k ad vitandam duritiem, cisnąłem. Sic trzáskam / trząsnąłem/ *concrepo*, kláskam / *plaudo*, parskam / *concito risum*, piskam / *mutio*, pluskam / *aspergo*, pryskam/ *spargo*, *&c.*

Lękam się / *timeo*, zląkłem się. Fut. zlęknę. Infinit. zląc się.

Lam. Kalam/ *luto*, káliłem Sic Strzelam/ *iaculor*, stulam/ *comprimo*, pozwalam/ *permitto*, pozwoliłem; & cætera composita à nomine wola / *Voluntas*. Sic Obalam / *euerto*, compositum à wále. Sic Oddalam/ *remoueo*, náchylam/ *inclino*.

Mam. Mam/ *habeo*, Præt. Miałem. Fut. vnicum

Będę

Bede miał. Imperat. Miey. Infinit. Mieć. Gerund. Mienia. Part. Máiąc. Miány.
Imam / *capio*, iąłem Fut. Ime. Infinit. Iąć. Gerund. Iecia. Part. Pass. Iety & imány.
Ram. Composita ferè sunt omnia in ram: vt Otwieram / *aperio*, otworzyłem. Part. Pass. Otworzony & otwárty.
Záwieram vel zápieram / *claudo*, záwárłem. Fut. Záwre. Imperat. Záwrzyy. Infinit. Zawrzeć. Part. Pass. Záwárty.
Odzieram / *despolio*, compositum est à dre / vnde habet odárłem / odre / ꝛc. Nápieram / *promoueo*, à Pre *protrudo*, ścieram / *detergo*, pocieram / *confrico, &c.* à tre / *tero*; pożeram / *deuoro*, à żre / *liguri͏o*; przemieram / *inediâ fatigor*, à mre / *enecor fame*.
Przyſtwieram / *Vrgeo*, habet przyſtwárłem.
Rzam. Zdarzam / *prospero*, zdárzyłem.
Sam. Kąſam / *mordeo*, vkąśiłem. Fut. Vkąße. Gerund. Vkąßenia.
Kiſam / *fermentesco*, kisłem / vkiſne / kiſnąć. Part. Pass. Kisły.
Trząſam & trzeſe / *concutio*, trząsłem. Fut. Potrzeſe. Infinit. Potrząść.
Szam. Wießam / *pendo*, záwieśiłem / záwieße.
Tam. Chwytam / *capio*, vchwyćiłem / vchwyce.
Zbrátam / *consocio*, zbráćiłem / quasi à bráce.
Zam. Ciążam / *aufero pignora*, ciążyłem. Obnażam / *nudo*, obnażyłem.
Cætera regulariter vt ſupra Czytam. Sed iam ad tertiam Coniugationem veniamus.

TERTIA

TERTIA CONIVGATIO Verborum in ę.

Difficillima omnium est hæc Coniugatio, nullam penè regulam habens, vnde si longam nimis Verborum seriem tibi adduxero, ne mireris velim, imò laborem agnosce immensum in quærendis & colligendis his omnibus verbis; nec tamen reijciendum existimes; sic Authores Grammaticæ Latinæ omnes fecerunt, omnia verba collecta ad certas regulas redegerunt, vt citius Tyrones discerent, quomodo quodq; verbum habeat in Præterito & Supino, nam cætera tempora vbiq; eodem modo formantur; hic verò in Polonica lingua, omnia ferè tempora in singulis verbis, saltem terminationibus variant; quia tamen maximè omnium regularia videntur verba in uię / quorum est maxima copia; primò talis verbi exemplum proponamus.

Paradigma Tertiæ Coniugationis.

Miłuię / *amo*, **miłowáć** / *amare*.

Indicatiui Præsens.

Sing. **Miłuię** / *amo*, **miłuiesz** / **miłuie**.
Dual. **Miłuiewá** / **miłuietá**.
Plur. **Miłuiemy** / **miłuiećie** / **miłuią**.

Imperf.

Sing. **Miłowałem**/ *amabam*, **miłowałeś**/**miłował**.
Plur. **Miłowáliśmy** / **miłowáliśćie** / **miłowáli**.

Fit ab Infinitiuo ć in łem mutato. Hic fit à tertia Plurali uią in owáć mutato.

Præteritum perfectum.

Vmiłowałem / **vmiłowałeś** / 2c.

Plus-

Plusquàm.

Vmiłowałem był / vmiłowałeś był.

Futurum primum.

Będę Miłował vel miłowáć.

Secundum.

Sing. Vmiłuię / vmiłuiesz / vmiłuie.

Plur. Vmiłuiemy / vmiłuiećie / vmiłuią.

Futurum semper in *e* exit, & hic cum Præsenti coincidit.

Imperatiuus imperfectus.

Sing. Miłuy / niech miłuie.

Plur. Miłuymy / miłuyćie / niech miłuią.

Imperatiuus secundus perfectus.

Vmiłuy / niech vmiłuie.

Optatiuus.

Miłowałbym / vmiłowałbym / ꝛc. *amarem.*

Infinitiuus.

Miłowáć / *amare.* Vmiłowáć / *amare.*

Futurum.

Mieć miłowáć / *amaturum esse.*

Gerund.

Miłowánia / *amandi*, fit à miłowány / *amatus.*

Miłuiąc / *amanter, amando.* Miłowawszy & vmiłowawszy / *cùm amauerim, &c.*

Sic coniugantur pleraq; verba in *uie* præter composita, de quibus postea & nonnulla simplicia præsertim dissyllaba, quæ modo ordine alphabeti substituemus.

Nota hic inueniri plurima verba in *uie* peregrina à Latinis facta, vel ex alijs linguis deducta; & certè liberum est ex quolibet fermè verbo Latino, aut etiam Italico, Gallico, &c. noto seu aliquatenùs vsitato, & intellectu facili, Polonicum verbum in hac terminatione formare, vt ab *accommodo*, áccomoduię /

duie/ quod meliùs scribes Polonicè á ckomoduie sie; sic à *contentare* Italico (nam Latinum non inuenitur) fit kontentowáć/kontentuie. Et sic in reliquis verbis siue etiam nominibus mutata vltima vocali in uie / vel vltimæ consonanti addendo uie.

Verba autem hinc excepta sunt hæc:

Bluie/ *vomo*, & pluie/ *spuo*, (sed illud minùs honestum, adeòq; visitatiùs paulò videtur womituie regulare) in Præterito imperfecto Plwałem. Perf. Plułem. Fut. secund. Wypluie. Imperat. Pluy & wypluy. Infinit. Plwáć/ꝛc.

Czuie/ *sentio* & *vigilo*. Czuł & poczuł. cætera regulariter (dicitur & czuwam) Sic kluie/ *ferio rostro*, truie/ *veneno occido*, żuie/ *mando, dis*, suie idem est, sype / *aggero*.

Kuie / *cudo*, kował / vkuł / vkuie/ kowáć & kuć/ kowány & kuty. Sic Knuie / *machinor*, snuie/ *euoluo*.

Szczuie / *concito canes*, szczwałem / szczwáć.

Zstepuie / *contraho*, zstepowałem/ zstąpiłem/ zstąpie/ zstąp/ zstepuy/ zstepowáć/ zstąpić.

Náyduie / *inuenio*, compositum est náydował / ná-lazłem / nayde & znayde / náleść & ználeść / vel etiam náyść ex ide & ná.

Náymuie quoq; *conduco*, oznáymuie/ *significo*, composita sunt ab imam *capio*, in Infinitiuo náiąć. Sic obiąć/ *complecti*, odiąć/ *auferre*.

Spráwuie / *efficio*, spráwiłem / spráwie / spraw. Sic & stráwuie / *sustento*.

Et nota quidem esse multa verba, quæ duplex thema habent in am & e. Quare dupliciter etiam formant tempora sua: vt Chramie/ *claudico*, & chramam/ łamie & łamam/ *frango*, spráwuie & spráwiam/ *efficio*, &c. In am & in uie imperfectiùs significant quàm

quàm in *e* simpliciter, vnde perfecta tempora sumi debent ex verbo in *e* imperfecta in am.

Ce. Młoce / *trituro*, młocisz / młoci. Młociemy / młocicie / młocą. Tertia persona pluralis in hac Coniugatione fit à prima *e* mutato in *ą* / cæteræ personæ fiunt à secunda vt vides. In Præt. imperf. Młociłem. Perf. zmłociłem. Fut. secund. zmłoce. Imperat. Młoć. Infinit. Młocić. Gerund. Młocenia. Part. Pass. zmłocony. Sic Płace / *soluo*, *&c.* Sic etiam Biele / *dealbo*, pobiele. Myle / *fallo*, omyle / ꝛc.

Chce / *Volo*, chcesz / chce. Chcemy / chcecie / chcą. Præt. Imperf. Chciałem. Perf. zá vel zechciałem. Fut. zechce. Imperat. Chciey. Infinit. Chcieć.

Ce. Chroboce / *strepo*, chroboczesz. Præt. Chrobotałem. Imperat. Chrobotay & chroboc. Infin. Chrobotác. Sic Klekoce / *crepito*, & cætera sonum significantia: vt Márkoce / *murmuro*, rzegoce / *coaxo*, świegoce / *garrio*, *&c.* Sic Kołace / *pulso*. In Futuro secund. zákołáce. Druzgoce / *confringo*, podruzgoce. Lechce / *titillo*, polechce. Szepce / *susurro*, depce / *calco*.

Kłopoce / *sollicito*, kłopotałem & kłopociłem / pokłopoce / ꝛc.

Lece / *Volo*, lecisz / leciałem / poleciałem / polece. Imperat. Leć. Infinit. Lecieć. Sic wierce / *perforo*.

Cze. Bacze / *animaduerto*, baczysz / baczyłem / obaczyłem. Fut. secun. Obacze. Bacz / baczyć / baczenia / ꝛc. Sic Vcze / *doceo*, vczyłem / náuczyłem / náucze / ꝛc. & cætera in cze / quæ hîc desiderantur (quod de alijs terminationibus intellige) Sic Stárcze / quando significat *sufficientiam do*, quando autê *extendo* habet stárczałem / stárczeć.

Sic præterea coniugantur Burze / *euerto*, gorsze / *scandalizo*,

dalizo, służe/*seruio*,& omnia desinentia in ße & że/ quæ sub sua terminatione non inuenies specificata.

Kracze/ *crocito*, kraczeß/ krakałem/ kracz/ (& krakay quia inuenitur Krakam) krakáć. Sic Płácze/ *fleo*, płocze/ *perluo*, troßcze/ *sollicito*.

Głaßcze/ *demulgeo*, pogłaſkałem/ pogłaßcze.

Jßcze/ *pediculos quæro*. Fut. Poiſkam & poißcze/ quia duplex thema habet Jſkam & ißcze/ ꝛc.

Kleßcze/ *complodo manus*.

Klecze/ *nitor genibus*, kleczyß/ kleczałem/ kleczeć. Sic Káwecze/ *consumo ætatem*, krzycze/ *exclamo*, tucze/ *sagino*, kwicze/ *grunnio*, wárcze/ *ringor*, becze/ *mugio*, milcze/ *taceo*, mrucze/ *murmuro*, błyßcze ſie/ *fulguro*, dźwiecze/ *persono*, wrzeßcze/ *vociferor*, pißcze/ *pipio*, rycze/ *rugio*, ſtrzecze/ *clango*, ſkwiercze/ *gannio*, trzeßcze/ *crepito*.

Chrzcze/ *baptizo*, chrzćiß/ chrzćiłem/ ochrzcze. Imperat. Chrzćiy. Infinit. Chrzćić. Chrzczony. Sic Mßcze ſie/ *vlciscor*. Máßcze/ *inungo*, (in Imperat. Máść) & chroßcze/ *strepo*, czyßcze/ *purgo*, ißcze/ *sto promissis*, in Imper. viść ſie. Infin. iśćić.

Zazdroßcze/ *inuideo*, pießcze/ *indulgenter educo*, poßcze/ *ieiuno*.

Obłocze/ *induo*, obłoczyß/ obłoczyłem/ obloklem/ obloke. Imperat. Obłocz & oblecz. Infin. Obłoczyć & oblec videtur compositum.

De. Bode/ *cornu ferio*, bodźieß/ bodłem/ zbode/ bodź. Infinit. Bość. (ex regula supra allata Infinitiui in ść) Bodzenia.

Sic Kłáde/ *pono*, pokładłem/ ꝛc. Przede/ *neo*, przadłem/ vprzede/ przadź/ vprząść.

Wiode/ *duco*, wiedźieß/ wiodłem/ vwiode/ vwiedź/ vwieść.

Jáde/ *discedo*, iedźieß/ iáchałem/ poiáde/ caret altero

ro Futuro. Imperat. Jedź. Infinit. Jáchác.

Jdę / *eo*, idźieß / ßedłem / in Fæminino ßiam. Fut. poydę / caret altero. Jdź & podź. Infinit. Jśc & poyśc. Gerund. Scia / ßedßy.

Dzę. Wádzę / *concito lites*, wádźiß / wádźiłem / powádzę / ꝛc.

Widzę / *video*, widźiß / widźiałem / sine incremento. Infin. Widźieć / widzenia / widźiány. Sic Smierdzę / *fæteo*.

Siedzę / *sedeo*, śiedźiß. Siedźiałem / *sedebam; i'estois assis*; śiadłem & vśiadłem / *ie me suis assis*. Fut. secund. Vśiedę / *ie m' asserray*. Imperat. Siedź / vśiądź. Infin. Siedzieć / *estre assis*, śieść / *s'asseoir*.

Gę & kę ferè vt dę / exempli gratia Strzegę / *asseruo*, strzeżeß / strzegłem / postrzegę / strzeż / strzedz / strzeżenia / strzeżony.

Sic Mogę / *possum*. In Infinit. moc non modz.

Piekę / *asso*, pieczeß / piekłem / vpiekę / piecz / piec / pieczony.

Sic Ciekę / *fluo*, wlokę / *repto*, tłukę / *contundo*, żgę / *vro*.

Je & primò áie. Báię / *fabulor*, báieß / (dicitur & báiam) báiałem / będę báiał / bay / báiáć. Sic źiáię / *hio*, káię / *desisto*, & łáię / *increpo*, quod tamen habet in Perf: Połáiałem. & in Fut. secund. Połáię.

Kráię / *scindo*, kráieß / kráiałem & skráiałem / vkroiłem / vkroię / vkroy & kráy. Infinit. Kráiáć & vkroić. Part. præs. Kráiąc & vkroiąc. Sic præt. Skráiány & vkroiony.

Dáię / *do*, (& dawam) dawałem / dałem / dam / day / dáć. Sic ferè Wstáię habet in Fut. Wstánę. Wstań / wstáć compositum à Stoię / *sto*.

Ráię / *concilio*, ráiß / ráiłem / náráię. Sic Táię / zátáię / *occulto*.

Eie. Leie/*fundo*, leieß/lałem/vlałem/vleie/ley/ lać. Sic Grzeie / *calefacio*, zágrzać. Wieie / *ventilo*, wiałem. Smieie ʃie / *rideo*, ʃieie / *ʃero*, chwieie/ *vacillo*, dzieie / *necto*.

Sic etiam ferè inchoatiua in ieie: vt Bledníeie/*pallesco*, bledníeieß/ zbledniałem & pobladłem / zbledníeie & pobladne/ zblednieć & zbládnąć/zbládßy ʃit ab blády/*pallidus*. Sic Jáśnieie/*clareo*, ab iáʃny/*clarus*, iaśniałem/ zájáśniałem / zájáśnieie/ zájáśnieć. Sic Głupieie/*fatuor*, à głupi/*fatuus*; prochnieie/*cariem ʃentio*, à proch/*puluis*; kámienieie/ *lapideʃco*, habet etiam okámiał; dretwieie/*occaleʃco*, zdretwiał; śinieie/*liueo*, záśiniał; boleie / *doleo*, zábolał; czernieie / *nigreʃco*, poczerniał; eie mutato in ał / ꝛc.

Kleie/ *conglutino*, kleiß / kleiłem / zkleie & vkleie/ kleić.

Jie & yie. Biie / *verbero*, biieß / biłem / pobiie / biy/ bić/ bicia / bity. Sic Piie/ *bibo*, aliquando in Perfecto Napiłem ʃie. Sic Wiie/ *necto*, kryie/ *abʃcondo*. Sic Wyie/ *vlulo*, zyie/ *viuo*, ryie/ *exʃculpo*, myie/ *lauo*, ßyie/ *ʃuo*, & tyie / *pingueʃio*.

Oie. Boie ʃie/ *timeo*, boiß. Boiałem *melius* bałem. Bede bał / boy ʃie / bać ʃie.

Stoie / *ʃto*, ʃtoiß / ʃtałem / ʃtánąłem / ʃtáne / ʃtoy/ ʃtań / ʃtać / ʃtánąć. Quanquam ʃtánąłem / & alia perfecta tempora aliundè deriuari videantur.

Broie / *deliro*, broiß/ broiłem / zbroie. Sic Stroie/ *exorno*, znoie/*æʃtuo*, poie/*do potionem*, goie/ *medeor*, gnoie / *ʃtercoro*, doie/ *mulgeo*.

Vie. In vie habes ʃupra.

Præcedente conʃonante. Robie / *laboro*, robiß / robiłem / zrobie / zrobiony/ zrobić / ꝛc.

Sic Czynie / *facio*, gubie / *perdo*.

Skubie/

Skubie / *vello*, skubiesz / skubłem / à skubie / skuść.
Sic Grzebie / *sepelio*, grzebłem / ꝛc.
Bebnie / *tympanizo*, bebniesz / bebniłem / bebniy / bebnąć / ꝛc.
Præpoſitiones inſeparabiles ſunt róz / wy / ob / quarum vt & ſeparabilium in compoſitione, ſignificationem & valorem ſupra explicauimus.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctiones copulatiuæ ſunt y & á / & differunt tamen quòd a latiùs extendatur quàm y / ponitur enim pro *autem*, & præterea in interrogationibus

nibus locum habet, secus y / quod *&*, tantum significat, tez vel tesz / etiam y / y / *&*, *&*, *tàm, quàm*, ták / iáko / y / *tàm, quàm, cùm, tum*, raz ten / drugi raz ow / seu to ten / to ow / *modò hic, modò ille, tum hic, tum ille*.

Disiunctiuæ, ábo vel álbo / *vel, aut*, lubo / lub / & bądz / *siue*, podobno / *an, fortasse*, iesli / czyli / *an, num*, si additum vocabulo, respondet encliticæ latinæ *ne*, dobryli / *bonusne est*. Idẽ etiam valet quod iesli extra interrogationem, vt poydzieli / dobrze / iesli nie / &c. *si iuerit, benè, sin minùs, &c.* ni / áni / *nec, neq;*. niz / nizli / ánizeli / *quàm*.

Aduersatiuæ, ále / *sed*, á / zás / zásie / *autem*, wszák / *atqui, vtiq;*, lecz / *sed, atqui*, iednák / wzdy / przecie / *tamen*, ácz / áczkolwiek / choc / chociay / chociasz / *etiamsi, quamuis*, lubo / *etsi*, gdy / *cùm, si*, iesli / *si*, chybá / *nisi, fortè*.

Causales, bo / bowiem / álbowiem / *nam, etenim*, iz / ze / *quia*, poniewasz / gdyz / *quoniam*, by / áby / zeby / *vt*.

Ratiocinatiuæ, przeto / przetoz / *igitur, idcircò*, á ták / tedy / to / *ergò*, dla tego / dla czego / zá-czym / *quàre, quapropter*, zwłaszczá / á zwła-szczá / *præsertim, scilicet*.

Expletiuæ, wprawdzie / *quidem*.

De ordine coniunctionum nihil dicendum est, cum omnes clausulas principio collocari nihil prohibeat.

sæpè magis abbreuiant, Wáßeć mość Pan/ vel aliter ferè ad libitum, sic Dominum vocando Mos Pánie/ pro Mośći Pánie/ quod Mośći/ alij Mośćiwy dicunt abbreuiatum à Miłośćiwy/ vndè in inscriptionibus literarum sic scribunt:

Memu vel Mnie wielce Mośćiwemu Pánu y Przyiaćielowi vel Dobrodźieiowi JegoMći. Pánu ꝛc.

Magnatibus, Wielmożnemu á mnie wielce Mćiwemu Pánu ꝛc.

Prioribus, Senatoribus, Iáśnie Wielmożnemu ꝛc. Principibus, Iáśnie Oświeconemu ꝛc. Regi, Naiáśnieyßemu ꝛc. Sed hæc vsus meliùs doceat. Nos ad Nostra.

Wáßeć/ ergò cum alijs titulis declinantur in Genitiuo Wáßeći Mego Mośćiwego Páná/ vel simpliciter Mośći Páná/ vel etiam breuissimè Mos Páná/ sic in Datiuo, Wáßeći Memu Mćiwemu Pánu/ Accusatiuo, Wáßeći mego Mćiwego Páná/ Ablatiuo, Wáßećią Mośćiwym Pánem/ Vltimo, Wáßeći memu Mćiwemu Pánu. In plurali numero. Nominatiuo, Wáßeć moi Mośćiwi Pánowie/ Genitiuo, Wáßećiow moich Mośćiwych Pánow/ Datiuo, Wáßećiom moim Mćiwym Pánom/ Accusatiuo, Wáßećiow moich Mćiwych Pánow/ Ablatiuo, Wáßećiámi memi Mćiwemi Pány/ Vltimo, Wáßećiách moich Mćiwych Pánách. Sic Wáßá Krolewska Mość/ Wáßey Krolewskiey Mći regulariter.

His itaque titulis addimus verbum in tertia persona, vides sed tamen non raro in secunda persona, vt iák sie Wáßeć maß/ maćie/ meliùs quàm máią/ *quomodo Vales, Valetis.* In Imperatiuo autem semper debet esse Verbum in secunda persona non in tertia, Podź Wáßmość/ *Veni*, non niech Wáßeć

ßec poydzie. Et ad propositum Imperatiui nota hîc phrasim Polonicam quæ in alijs linguis ridicula foret, Day Boże dobre zdrowie Wáßeci / Wam. Sic. Day ći Boże dobry dzień. *Deus det tibi sanitatem, bonum diem*, quasi diceres (nam Boże est Vocatiuus) *Deus da tibi bonum diem*, pro niech ći da Pan Bog dobry dzień / dobre zdrowie. Quòd tamen est maximè in vsu. Sic dicitur & Bog záplać / *Deus rependat*, obmyśl ćie Pan Bog / *superi benè faciant tibi*, cum secunda persona Imperatiui. Obserua demùm circa dispositionem partium orationis seu constructionem, eam liberam esse apud Polonos vt & apud Latinos, hoc est, liberum est præponere aut postponere Nominatiuum, casum verbi, &c. quod non est apud Gallos vbi ferè naturalis ordo constructionis obseruatur, vt Wáßeci proßę / & proßę Wáßeci. In qua dispositione & præsertim in orationibus & concionibus quæ requirunt sublimem stylum, imitantur plerumque latinam linguam, cuius etiam multas regulas obseruant. In nonnullis tamen loquendi modis Gallicæ aut Italicæ se conformant, vt per totam Syntaxim clariùs parebit.

DE SYNTAXI Nominum.

Licet Bráćia / Xieża / & similia nomina collectiua sint Fæminini generis & Singularis numeri, illis tamen apponimus sæpè adiectiuum Pluralis numeri & generis Masculini, quasi sit numerus Pluralis simplicium Brát / Xiądz / & similium: vt Bráćia náśi & náßá / *fratres nostri*, wßyscy Xieża / *omnes Sacerdotes*. Cæterùm

Adiectiui & Substantiui eadem est ratio & libera constructio quæ apud Latinos. Sic & duorum Substantiuorum, quanquam meliùs dicitur Miásto Rzymskie quàm Miásto Rzym. Vbi diligenter aduerte ex quolibet ferè Nomine etiam proprio posse fieri Adiectiuum præsertim possessiuum, quod loco Genitiui possidentis ponitur: vt *Liber Francisci*, Xiegá Fránciszkowá; Páná Oycowá/ *Domini Parentis*; illud enim Páná etiam cum Jego Mości in Genitiuo manent, & præponuntur postea tandem Adiectiuum possessiuum. A cognominibus in ki non deriuantur huiusmodi adiectiua, nam ipsa propriè sunt adiectiua, vnde dic Xiegá Jego Mości Páná Káńskiego / *liber Magnifici Domini Kański*. A cæteris Masculinis deducuntur à Genitiuo mutato a vel u in ow / wá / we. Fránciszek/ in Genitiuo Fránciszká / á muta in ow habebis Fránciszkow/Fránciszkowá/Fránciszkowe. In fæmininis verò a Datiuo e mutato in yn: vt Pániey Siestrzyn noż / *Dominæ Sororis culter*; sic corczyn/ *filiæ*, máczyn/ *matris*, máczyná chustá/ *linteum matris*. Cæterum cùm ea formare non poteris, vtere Genitiuo Substantiui.

Ab aduerbijs temporis fiunt etiam adiectiua in ieyszy: vt Dzień iutrzeyszy/ wczoráyszy/onegdáyszy / *dies crastinus, hesternus, nudius tertius*; Dzień Niedźielny/ *dies Dominicus*; & alia quæ vsus docebit.

Adiectiua Substantiua facta à latinis neutraliter posita, vt plurimùm Polonicè in Fæminino efferuntur: vt Piekna to / *pulchrum est*, vel in Neutro e tamen verso in o/ trudno/ łácno/ *facilè, difficilè*, subauditur *est*, quæ videntur aduerbia: vt Dobrze/ *bonum est*; sic lepiey/ *meliùs est, præstat*.

Nic / *nihil*, co & nieco / *aliquid*, cum illis aduerbijs quanti-

quantitatis quæ potiùs nomina videntur, cum Genitiuo vt in Latinis construuntur: vt Nic dobrego/ *nihil boni*, coż dobrego? *quid boni*? śiłá/ wiele pieniedzy; máło / trochá rozumu / *multum pecuniarum, parùm intellectus*.

Adiectiua quæ significant curam & è contra, copiam vel inopiam, & cætera quæ in Latinis Genitiuum vel Ablatiuum adsciscunt, volunt apud Polonos Genitiuum: vt Chciwy/ prágnecy honoru/ *cupidus honoris*, godny zlitowánia/ *dignus commiseratione*, pełny winá / *plenus vino*, wiádom & świádom czego / *peritus alicuius rei*, & biegły w czym.

De alijs regentibus siue Datiuum siue Accusatiuum cum Præpositione *ad*, eadem est ratio quæ apud Latinos: vt Gotowy do wszytkiego / *paratus ad omnia*, wierny Pánu swemu,/ *fidelis Domino suo*, podobny temu & do tego / *similis huic*.

Dicimus po Fráncusku/ *Gallico more*; *a la Franco ise*, sine alio Substantiuo.

Comparatiuus nullum propriè casum regit, sed redditur casus eius per Præpositionem nád cum Accusatiuo, vel per niżeli vel ániżeli *quàm*, cum Nominatiuo, *v. g.* Piotr iest vczeńszy nád Janá/ vel niż Jan / *Petrus est doctior Ioanne*.

Cùm sequitur verbum & latinè redditur per *quàm*, Polonicè adhibemus etiam niż vel ániżeli/ sed verbum in Indicatiuo ponitur: vt Vczeńszy iest ániżeli był Homer / *doctior est quàm fuerit Homerus*.

Superlatiuus eodem modo construitur quo Latinus, hoc est, vel cum Genitiuo, vel cum Præpositione miedzy *inter*, vel z *ex*: vt Homer iest nauczeńszy wszytkich Poetow vel miedzy wszytkiemi Poetámi vel ze wszytkich Poetow / *Homerus est doctissimus Poetarum*.

Numeri cardinales Adiectiuorum ferè more construuntur, vt plurimùm post Præpositiones: vt Ze dwiemá pácholkámi / *cum duobus seruis*, w dwudźiestu groszach / *in viginti grossis*, bez trzech groszy / *sine tribus grossis*, dźiecię w pięci lećiech / *puer quinq; annorum*. Cæterùm regunt ferè Genitiuum Pluralem: vt Ma pięć lat / *habet quinq; annos*, mam sześćdźieśiąt czerwonych złotych w skrzyni / *habeo sexaginta aureos in arca*.

Dwá / trzy / & czter y / omninò & semper sunt Adiectiua: vt Dwie lećie / *duo anni*, (nam Dualis numerus in neutris sic desinit) trzy látá / *tres anni*, cztery látá / *quatuor anni*; sic dwá groszá / *duo grossi*, trzy grosze / *tres grossi*, cztery grosze / *quatuor grossi*. Reliqui omnes numeri vt plurimùm Substantiuè ponuntur, & regunt Genitiuum nisi post Præpositiones post quas vt Adiectiua cum Substantiuis concordant, quanquam etiam cum Genitiuo Substantiuè adhiberi possunt: vt Z piętnaśćią / z kilkanaśćią człowieká / *cum 15. aliquot hominibus*, z pięćią niewiast / *cum quinq; mulieribus*, & sic semper in hoc casu.

Neutrum genus dwoie / troie / czworo / &c. semper Genitiuo Plurali gaudet, & eo tunc vtimur vt iam dictum est, cùm res aut personæ diuersi sexus confusè accipiuntur, & ante illa Neutra in *e*: vt Pięćioro pácholąt / *quinq; pueri*, z troygą pácholąt / *cum tribus pueris*.

Cætera vide in Declinatione numeralium. His additur vt plurimùm verbum in Singulari numero, v.g. Było ich piętnaśćie / *fuerunt 15.* ze trzy ich iest / *sunt circiter tres*, zostáło ich czterey ná mieyscu / *quatuor remanserunt*. Vbi aduerte cum Genitiuo etiam trzy & cztery vt & dwá construi, cùm de personis

personis agitur, quasi dicas, *ex illis tres* seu *illorum tres.*

Nota etiam in regestris seu computis solet scribi aut dici prius numeratum, seu res numerata semper in Genitiuo qualiscunq; sequatur numerus, siue duo, tria, quatuor, centum: vt Dałem mu złotych trzy/ groszy sześć/ szelągow dwá/ *dedi illi florenos tres, grossos sex, solidos duos.* Si tamen sit vnitas iam adiectiuè sunt construenda grosz iеden/ złoty ieden/ *grossus vnus, florenus vnus.*

Nota præterea hîc, numerando pecuniam dicimus vulgò pro sesqui grosso półtorak/ pro tribus grossis potroyny vel troiak/ aleatores dudek; pro sex grossis szóstak/ pro 18. ort/ pro 24. półgrzywny/ pro 30. złoty/ *florenus,* pro 48. grzywná quasi *marca,* pro 60. kopá/ *sexagena,* &c.

DE SYNTAXI Pronominum.

DE vsu & constructione Pronominum iam dictum est in eorum Declinatione, quò ego te remitto.

DE SYNTAXI Verborum.

DE vsu temporum Verborum satis superq; dictum est in etymologia.

Omne Verbum personale postulat ante se vt in Latinis Nominatiuum, quem vt innui liberum est præponere aut postponere habitâ euphoniæ ratione.

Verbum

Verbum Substantiuum & ea omnia quæ in Latinis admittunt post se Nominatiuum, in Polonicis volunt Ablatiuum: vt Bog iest Pánem nád Pány/ *Deus est Dominus Dominantium*; bądź dobrym/ *sis probus*; sic Zowie się Janem (quod melius dices Jan mi imię) *Vocor Ioannes*. Quod etiam in actiuis obserua, nimirùm secundum Accusatiuum Latinum redde per Ablatiuum: vt Zowią go Janem/ *Vocant illum Ioannem*, vczynił go Pánem/ *fecit illũ Dominum*. Huiusmodi sunt Czynię/ *facio reddo*; Zowię & composita *Voco*, mianuię/ *appello*, zostáię/ *fio*, *&c.*

Aduerte tamen quòd si pro secundo seu posteriore Nominatiuo Verbi Substantiui sit Adiectiuum ad priorem Nominatiuum pertinens, tunc illud Adiectiuum in Nominatiuo ponitur: vt Bog iest dobry non dobrym/ *Deus est bonus*, & si in exemplo superiùs allato adiectiuum est in Ablatiuo, ideò fit quia subauditur człowiekiem/ quasi diceres bądź dobrym człowiekiem/ *sis probus Vir*, & sic in reliquis.

In hoc ergo casu, cùm scilicet est vtrinq; Nominatiuus, aut cùm est tantùm vnus nempè prior, tunc sæpissimè & elegantissimè supprimitur verbum: vt Dobry Bog/ *Deus est bonus*, czás/ *tempus est*, & sic cum negatione nie dobra náuká bez cnoty/ *non est bona doctrina sine Virtute*, ieszcze nie czás ieść/ *nondum est tempus comedendi*, trudno zrozumieć/ *difficilè est intelligere*, prawdá/ *Verum est*.

Sæpè additur to præsertim cùm in Gallicis esset *c' est*, vt Dziwna to że/ *mirum est quòd*; *c' est merueille* vel *c' est Vne chose admirable que*. Sic prawdá to/ *Verum est*; *c' est la Verité*; brydnia to/ *sunt ineptiæ*; *c' est Vne folie*; ia to *c' est moy*; *ego sum*. Sic kto to? *quis est*? *qui est-ce*; złodzieie to/ *ce sont des Voleurs*.

Et ita etiam cum negatione nie dziwna to / *non est mirum ; ce n' est pas merueille ;* nie prawdá to / *nõ est verum , ce n' est pas la verité ;* nie ia to / *non ego sum ; ce n' est pas moy.*

Quando Gallicè dici deberet *il y a,* Polonicè dicimus quidem iest / vel illo suppresso Nominatiuum solum proferimus : vt Iest chleb / *est panis, il y a du pain ,* iuz trzy niedziele iákom nie byl domá / *tres iam hebdomadæ elapsæ sunt cùm* vel *à quibus non fui domi ; il y a desia trois sepmaines que ie n' ay pas esté au logis* (loco *cùm, que* vides poni iáko.) Et sic post interrogationem dawno ? *quàmpridem ? combien y a il ?* vel *y a il long temps ?* trzy niedziele temu / *tres hebdomadæ elapsæ sunt ,* vel *à tribus hebdomadis,* quanquam sine temu possit dici. Si de numero personarum aut rerum sit sermo, tum poni potest iest impersonaliter cum Genitiuo numerorum trzech / cztereçh / dwoch / & cum Nominatiuo maiorum : vt Trzech Pánow bylo / *tres Domini erant ; il y auoit trois seigneurs ;* piecdziesiat to ẃárzystwá bylo / *quinquaginta Equites fuêre ; il y eut 50. Caualiers.* Verùm si sit negatio & Gallicè dici debeat, *il n' y a point,* imò etiam aliquando *il n' est pas,* vt cùm est præpositio aliqua post verbum loco Nominatiui,tunc dicendum est Polonicè nie masz cum Genitiuo , quasi *non habes,* in Præterito nie bylo / in Futuro nie bedzie : vt Nie mász chlebá / *non est panis , il n'y a point de pain ;* nie mász trzech dni / *non sunt tres dies ; il n' y a pas trois iours ;* nie mász Pána Oycá domá / *non est Dominus Parens domi ; mon Pere n' est pas au logis.* Secus in illis superioribus exemplis ; non enim possumus dicere Bog nie mász Pána aut Pánem / sed Bog nie iest Pánem / *Deus non est Dominus.* Sic nie mász dziwney

wney sed nie dziwna seu nie dziwna to/ vt iam dictum est. Vbi nota si intercedat iedno vel tylko/ *nisi*, iam casus sequens sit Nominatiuus non Accusatiuus: vt Nie máß iedno ieden/ *non est nisi Vnus*; *il n' y en a qu' Vn.*

Cæterum hoc Verbum substantiuum iest cum denotat Possessionem regit Genitiuum, sed sæpiùs ex illo Genitiuo formamus adiectiuum Possessiuum eo modo, quò iam supra dictum est, vt Czyiá Xiegá? *Cuius est liber?* Iey Mośći Pánny Anny/ *Magnificæ Dnæ Virginis Annæ.* Piotrowá/ *Petri.* sic czyi noz? *cuius culter?* Páná Ianow. *Domini Ioannis.*

Verba Actiua Genitiuum vel Accusatiuum regunt. Pleraq; Verba negatiua vt sunt Prohibendi, impediendi &c. gaudent Genitiuo, vt sunt zániechawam tego przedśięwźięćia. *relinquo* vel *abijcio hoc propositum.* sic zápámiętywam & zápominam/ *obliuiscor*, zákázuie/ *Veto*, bronie & zábraniam/ *prohibeo*, & similia.

Præterea Genitiuum postulant omnia Verba Actiua præcedente negatione, (etiamsi affirmatiuè posita regerent Accusatiuum) vt nie miluie wystepku/ *non amo Vitium*, nie ßánuieß Pánny/ *non obseruas Virginem*, licet affirmatiuè dicamus: miluie cnote/ *amo Virtutem*, ßánuie Pánne/ *colo Virginem*, cum Accusatiuo. sic alia omnia, sic nie chce vel nie moge tego (non to) vczynić/ *non possum id facere.*

Item Genitiuo gaudent Actiua omnia Reciproca, hoc est quæ habent sibi annexam particulam sie/ necnon composita à Præpositione do/ vt obawiam sie czego/ *metuo aliquid*, wstydze sie tego/ *pudet me istius*, dostawam godnośći/ *acquiro dignitatem*, dorabiam sukńie/ *perficio Vestem.*

Tandem cum Genitiuo construuntur sequentia verba;

ba, licet eorum nonnulla etiam cum Accuſatiuo conſtrui poſſint. żáłuię tego przypadku / *doleo hunc caſum*, żądam / *opto*, życzę / *opto*, & compoſita, pożyczam / *mutuo do*, vel *accipio*, vżyczam / *impertior*, prágnę *deſidero*, łáknę / *aueo*, ſzukam / *quæro*, vżywam & záżywam; *Vtor*, *fruor*; vdzielam / *largior*, chybiam; *aberro*; nádáię / *confero*, náginam / *incuruo*, czekam; *expecto*; tykam / *tango*, przeſtáię & poprzeſtáię / *deſino*, podſkubuię / *aliquantulum Vello*, przywarzam: *ſufferuefacio*: pomykam; *promoueo*; popieram / *Vrgeo*, poprawuię / *emendo*, popycham; *protrudo*, poruſzam / *moneo*; pocieram: *confrico*: podpieram bokow / *reficio Vires*, pilnuię: *attendo*: pociągam czego; *lentè traho*; popilowáć czego: *limare*: záſypiam czego; *indormio alicui*? kośztuię / *deguſto*, mácam; *palpo*; nábieram w śię czego: *imbuor aliqua re*: nábywam / *acquiro*, náchylam / *inclino*, náginam czego idem eſt quod zginam co. *inflecto*. nákłádam czego ná wóz: *impono aliquid in plauſtrum*: táię / *celo*, zámilczeć czego; *ſilentio præterire*; zbywam czego: *defungor*, vel quaſi *alieno me aliquâ re*: wyknę / *aſſueſio*, (ſed dicimus przywykam czemu) nálewam / *infundo*, námykam & nánoſzę / *congero*, potrzebuię; *indigeo*; nápieram / *promoueo*, nápycham; *protrudo*; náſtawiam gárdłá. *obijcio caput ferro*. náſypuię czego / *ſupergero*, náſzczepiam drewná / *inſpico*, nátłukam; *infringo*; nátracam: *obijcio*: naruſzam / *infirmo*, náwracam; *conuerto*; náymuię / *conduco*, náżyczam; *mutuo do*; poſtrzegam: *animaduerto*: ochraniam / *conſulo*, odbywam / *defungor*, odkłádam: *differo*: oduczam / *dedoceo*: odmykam; *remoueo*; odpadam / *recido*, odſtępuię / *recedo*, odwykam; *dediſco*; omieſzkam

czego /

czego/ *non vento tempori ad &c.* oszczędam/ *parco, espargner*, przestrzegam powinności; *sequor officium*; przysypuię czego. *affundo aliquid.* ruszam czego & czym: *moneo aliquid*: schylam czego / *submitto*, ścigam czego; *attingere tento*; strzegę / *custodio*, vchodzę; *vito*, tkę krosná / *texo telam*, vlewam / *depleo*, vmnieyszam / *diminuo*; vmykam czego: *retraho aliquid*: vpalam / *aduro*, vpleniam; *diminuo*, vrywam czego. *abrumpo aliquid.* vstępuię drogi. *aberro à via.* vszczerbiam / *findendo auello*, vwiaczam komu sławy. *derogo laudem.* vymuię / *subtraho*, vsypuię: *effundo*: & similia. (dicitur vymuię co / *apprehendo*,) węcham; *odoror*: pozbywam / *defungor*, przekesuię; *prægusto*; zbywam: *eludo*: przestrzegam powagi / *tueor dignitatem*, zwężam / *angusto*, przybieram czego; *amplius quid accipio*; sic przybywa czego: *accedit*: znikam / *euanesco*, znizam / *submitto*, przyczyniam / *amplifico*, przyglądam & pilnuię; *attendo*; przygrzewam / *calefacio*, przykładam chęći/ śił: *adhibeo studium, vires*: *&c.* przykupuię czego / *emptis alia addo*, zábiegam łáski id est szukam seu zárabiam ná łáskę; *studeo gratiæ*; przymykam / *admoneo*, przypilnowáć & przyźrzeć czego/ *aduigilare alicui rei*, przypinam popręgu: *substringo cingulã*: przypłacam czego; *luo pœnas*; zámieszkawam czego & ná co. *non vento tempori.* náwrzał soli / swejwoli. *imbutus sale, petulantiâ.* zákrawa Włoskiego / *more Italorum viuit*, pátrz (ego ná mię; *Me vides*; odumárł długow / *reliquit æs alienum*; vchoway Boże śmierći: *auertat Deus mortem*: vćieram rogow / *mutilo*, vkuśić czego / *degustare*, przybecżeć czego / przyleżeć/ przybolec/ &c. *luere pœnas v. g. crapulæ.* stáie mi czásu / śił. *sufficit mihi tempus*,

pus, Vires. przyrasta czego/*accrescit*, zárwáć czego. *arripere aliquid.*

Dicimus etiam nápiec chlebá/ nákopáć rzepy/ náwárzyć ryb/ quasi *multos panes pinsere, effodere rapa, pisces coquere*, & similia ferè omnia verba regunt genitiuum, vt nágromádził rzeczy wytwornych; *congessit res pulcherrimas.* Dicimus tamē nápalić izbe/ & in similibus sic, quia est quid integrum. Si enim diceres, nápalić izby/ videretur significari, quòd pars vel aliquid hypocausti valdè calefactum sit, quod non intendis, supra verò si diceres nápiec chleb/ videreris significare valdè panem coquere sed esset mala locutio, & non hic sensus.

Słucham/ *attendo*, si de re sit sermo, vt słucham tey lekcyey/ *attendo huic lectioni*, si autem de persona vtrumque casum, vt słuchał ią mowiącą & iey mowiącey/ *audiebat illam dicentem*, sic słuchał iey. *obediebat illi.*

Odmawiam komu czego/ *denego aliquid alicui*, sic wierzę & powierzam/ *credo*, winszuię/ *gratulor*, zayzrzę/ *inuideo*, záprzeram/ *denego.*

Vczę kogo czego/ *doceo aliquem aliquid*, rem in Genitiuo, personam in Accusatiuo, sic nábawiam kogo czego/ *pario aliquid alicui*, odzwyczaiam/ *desuefacio*, odsądzam/ *abiudico*, pozbawiam/ *orbo*, zbawiam/ *saluo*, sic pytam kogo czego/ vsitatius o co/ *interrogare aliquid aliquem.* Proszę verò geminum & personæ & rei Genitiuum admittit; vt prosił iey chlebá/ *rogauit illam panem*, sed meliùs & vsitatiùs o chleb/ Dicimus tamen, wypraszam co/ *precibus assequor.*

Cætera Actiua regunt Accusatiuum, vt miłuię cnotę/ *amo Virtutem*, mam chleb/ *habeo panem*, piię piwo/ *bibo cereuisiam*, ponoszę nędzę/ *Versor in miserijs*,

serijs, mrzeć głod : *mori fame*: dicas tamen nápiłem ſie piwá / *bibi cereuiſiam*, propter rationes ſupradictas.

Dicimus etiam czerpam wode / *haurio aquam*, in imperfecto vczerpnałem wody / in Genitiuo, nam ſi diceres vczerpnałem wode quia tempus eſt perfectum & completam actionem ſignificat totam aquam videreris exhauſiſſe. Quare in præterito imperfecto dices czerpałem wode / *hauriebam aquam*, quia eâ actione poteram adhuc totam exhaurire aquam ; ſic kráść drwá & vkráść drew / *furari ligna*, & ſic in omnibus huiuſmodi caſibus, vt day mi chlebá / & day mi ten chleb ; *da mihi panem*, & *da mihi hunc panem* ; ferè vt in Gallicis quando nimirùm partem alicuius rei petimus aut ſignificamus. Kupił winá / *emit vinum*, ſed in præſenti vt plurimùm Accuſatiuo vtitur, kupuie wino. *emo vinum*.

Datiuo autem gaudent præter ea ferè omnia quæ in Latinis Datiuum poſtulant, hæc ſequentia. Dziwuie ſie czemu / *miror aliquid*, dogrzewam komu ; *infeſto aliquem*, dokuczam / *vexo*, zdołam / *ſum ferendo*, mieſzkam komu ; *moror aliquem*, vfam / dufam / *confido*, dziekuie : *gratias ago* : folguie / *parco*, pochlebiam ; *adulor* ; dogadzam / *ſatisfacio*, zábiegam / *occurro*, chołduie / *vectigal penſito*, kredencuie / *prægusto cibos*, przyśiegam : *iuro* : łáie / *increpo*, (dicimus tamen połáiał go / *increpuit eum*) modle ſie Bogu: *oro Deum* : nádázam komu / *ſufficio*, nágodzić ſie komu / *obuiam alicui fieri*, przygániam / *obtrecto*, nálegam komu / *vrgeo*, służe / nâsługuie / vsługuie ; *ſeruio* ; śmieie ſie komu & z kogo / *irrideo*, náſtepuie komu ná ſzyie ná gárdło / *iugulum petere*, nieſprzyiam komu /

malè affectus sum erga aliquem, nie wytrwam mu / *non feram quin eum percutiam*, opieram się komu vel czemu / *obnitor*, *resisto*, podłażam komu / *indulgeo alicui*, podiadam sobie & similia podpijam; *fulcio me cibo*, *potu*; podlegam komu / *subiaceo alicui*, podrzezniam komu / *imitor ridiculè*, *rechigner*, pomagam komu w czym / czego & do czego / *opem fero alicui*, sed dicimus wspomagam kogo & zápomagam / *adiuuo*, przeciwiam się / *decerto*, przeszkadzam / *noceo*, przyganiam komu / *obtrecto*, przykrze się komu / *molestiam alicui affero*, przymawiam komu & przycinam / *vellico*, *lado*, przymawiam ná co / *alludo ad* przynaglam komu / *vrgeo*, przypátruię się komu / czemu / *contemplor*, sic przysłucham się / *attentè audio*, przypominam co komu / *commemoro*, przyśpiewam komu / *admodulor alicui*, przystoi co komu / & ná kogo; *decet aliquem aliquid*, przywykam / *assuesco*, spopadł sobie & spopádli sobie / *incesit mos.* Sprzyiam komu / *faueo*, iśćze się & wiszczam się komu / *sto alicui promissis*, vlegam komu / *fero alicuius mores*, vstępuię / *cedo*, wyrozumiewam komu / *scio misereri*, wytchnąć sobie / *respirare*, zábijam koniowi zá żywe / *ad viuum adigo clauum*, zámylam komu / *obturbo recitantem* vel *numerantem*, zástępuię komu / *obsisto obuiam*, zayrze / *inuideo*, groże / *minor*.

Ablatiuum regunt præter iestem / & alia, de quibus iam dictum est, gárdze & composita pogardzam / wzgardzam kim / *contemno*, władam czym; *dominor*; rządze *rego*, kieruię / *torqueo*. Præterea Báwię się czym / *occupo me aliquâ re*, hándluię / kupcze & przekupuię czym / *negotior cum serico*, *&c.* hydze się & brzydze się / *abominor*, wspieram się kim / *incumbo in aliquem*, łudze kim / *lacto*, *vano*,

 vanas,

ſanas, brákuie czym / *reſpuo*, ćiſkáć & rzucáć ná kogo czym / *peto aliquem ſaxis*, *iacio in*, pachnie & trące czym; *oleo*; dáruie kogo czym / & racze / cześtuie / obdarzam / obſyłam / *dono*, *dono mitto aliquid alicui*; (dicitur & dáruie komu co) macham vt pies macha ogonem / marga / miga / *mouet caudam*, ſic kiwa głowę / oczymá miga / kiwa / *conniuet oculis*, kontentuie ſie czym / *contentus ſum aliquâ re*, obwieſzczam kogo czym & komu co / *denuncio alicui aliquid*, obwodzę co Woźnym / *teſtem facio Praconem*, opiekam ſie kiem / *gero tutelam alicuius*, świádczę kim / *teſtor*, ſzáfuie czym / *diſpenſo*, żyie czym / *veſcor*, ſzyie ſie kim / *pratendo alicuius nomen*, trwożę ſobę / *perturbor*, chodzi ſynem / *geſtat in vtero filium*, zárzucam kogo czym / *obtrudo aliquid alicui*, grożę komu czym złym / *minor alicui aliquid*, oſadzam co perłámi / *diſtinguo gemmis*, karzę kogo gárdłem / & ná czym; *plecto capite*, morzę kogo głodem / *inferre alicui famem*, *faire mourir de faim*, nápuſzczam co czym / *inſtillo aliquid alicui*.

Cum Præpoſitionibus conſtruuntur aut aliter circumſcribuntur hæc.

Rocham ſie w kim / *amo*, *diligo aliquem*, czuie ſie w czym / *conſcius ſum alicuius rei*, obfituie / opływam w czym / *affluo*, drapie ſie w co / *frico me*, kołácę we drzwi / *pulſo oſtium*, oprawiam co we złoto / *circundo auro*, weyrzeć & wglądáć w co / *inſpicere aliquid*, choruie ná co / / *ex renibus laboro*, czucham & czyham ná co / *inhio alicui*, godzę & gonię ná co / *capto aliquid*, łákomie ſie ná co / *per auaritiam aliquid appeto*, ſkázuie ná co / *dare ad triremes*, zezwaláć ná co / *aſſentire alicui*, grożę ſie ná ko-

ná kogo / *iacto minas*, wzdrygam ſie ná co / *horreo*, ſądzić potępić ná śmierć / *damnare capite*, zápáterzam ſie ná co / *animum occupo*, zárabiam ná łáſkę / *colligo ex labore gratiam*, przeſtáie ná czym / *contentus ſum*, wyćiſkam / wymagam / wymeczyć / wyſukáć / wyklepáć & ſimilia co ná kim / *extorquere ab aliquo*, (dicimus tamen wypłáćáć co v kogo) polegam ná kim / *pendeo ex aliquo*, pánuie nád kim / *impero alicui*; lituie ſie / zmiłuie ſie nád kim / *miſereor alicuius*, páſtwie ſie nád kim / *ſæuio in aliquem*, wątpię o czym / *dubito de aliqua re*, záwiáduie o czym / *præſum alicui rei*, myśle o co & o czym / *cogito de aliqua re*, vśiłuie o co & w czym / *conor aliquid*, rozpaczam o zbáwieniu / *deſpero*, boie ſie o ćie / *tibi timeo*, fráſuie ſie o co / *ſollicitus ſum de aliqua re*. nie boie ſie o to / *hoc non timeo*, niedbam nie ſtoie o to / *id non curo*, ſzydzę / nágrawam ſie / vrągam ſie / drwie z kogo / *derideo aliquem*, ſtáram ſie o co / *cura mihi eſt aliquid*.

Multa verba non vno modo conſtruuntur vt vides in exemplis iam datis & præterita in his quæ ſequuntur należeć komu & do kogo / *pertinere ad aliquem*, pámietam co / o czym / & ná co / *memini alicuius*, pátrzę ná co & czego / *aſpicio*, krzywdzę komu & kogo / *iniuriâ afficio*, ſukáć ná kogo & oſuknąć / *incurro in aliquem verbis*, & ſic in multis alijs. drwie z kogo & odrwiłem kogo / *irrideo aliquem*, & *decepi aliquem*, gram kárty / koſtki / ꝛc. *ludo folijs, teſſeris*. (quod & podż w kárty / w koſtki dicitur) gram ná lutni / ſkrzypcách; *tango teſtudinem, fidibus cano*; & alia quæ vſus docebit.

Quo ad infinitiuum hoc ſolùm notandum videtur, quod quotieſcunque Infinitiuus Latinus poteſt reddi, per quod vel vt cum Indicatiuo aut Subiun-

ctiuo ſemper in Polonicis eſt reddendum per iż vel że / *quod*, cum indicatiuo, vel per áby ſeu żeby / *&c*, cum ſubiunctiuo vtrumque in Gallicis, per *que* redditur, vt *ſcio te fuiſſe Croſnæ*, wiem żeś był w Krośnie / *putabam Vos ibi reſidere*, rozumiałem żeście tám mieſzkáli / *ie croyois que Vous y demeuriez*. Si præceſſerit negatio ponitur żeby vel áby cum Subiunctiuo, vt *non credo te mihi iraſci*, nie rozumiem ábyś ſie ná mie miał gniewáć.

Futurũ Infinitiui & Participij quo Poloni carent, quomodo reddant iam dictum eſt in Coniugatione Verborũ, vt de vſu Gerundiorũ aliorumq; temporum.

Vtimur aliquando Infinitiuo, pro illo quod redditur Latinè per Gerundium paſſiuum, ſupprimendo vel ſubaudiendo ſcilicet verbum aliquod, vt trzebá / mogę / vt coż czynić? ſubauditur trzebá vel mogę / *quid faciendum eſt? quid faciam? &c. que doit on faire* vel *que Voulez Vous qu'on y face*. Sic pro Imperſonali paſſiuo, niewiedzieć co ſie tám dzieie / *neſcio, neſcitur quid ibi fiat*. nie widáć go / *non apparet, non Videtur*, & ſic in alijs, nie ſłycháć / *non auditur*. In præteritis additur było; nie ſłycháć było o tym. *nihil audiebatur de hoc*.

Quoad quæſtiones de loco Gallicam potiùs quàm Latinam linguam imitantur Poloni, ſemper enim in illis Præpoſitionibus vtimur.

Ad quæſtionem ergò factam per *Vbi*, gdźie / reſpondebis per vltimum caſum cum Præpoſitione w ſeu we / quodcunque nomen fuerit, vt we Fráncyey / *in Gallia*, w Krákowie / *Cracouiæ*, we Gdańſku / *Gedani*, w Polſzce / *in Polonia*, loco autem we / in nonnullis vtimur Præpoſitione ferè æquiualente ná / vt ná Wołyniu / *in Volinia*, ná Podolu / *in Podolia*, ná Vkráinie / *in Vkraina*, ná Ruśi / *in Ruſſia*,

Russia, ná Wśi / *Ruri*. Dicimus domá & w domu / *domi*.

Ad quæstionem *quò*, dokąd / respondetur per Præpositionem do / cum Genitiuo vt iádę do Fráncyey / *eo in Galliam*, do Krákowá / *Cracouiam*, do Wárßáwy / *Varsauiam*. In nonnullis per ná / cum Accusatiuo, vt ná Podole / ná Wolyń / ná Ruś / ná Vkráine / ná Wieś / *in Poloniam*, *Volniam*, *Russiam*, *Vkrainam*, *Rus*.

Ad quæstionem, *quà*, ktoredy / si fuerit nomen proprium, respondebis *per*; ná / cum Accusatiuo, vt poiádę ná Kraków / ná Wárßáwę / *transibo Cracouiâ*, *Varsauiâ*, sin appellatiuum fuerit per Præpositionem przez / cum Accusatiuo vt przez Węgry / *per Vngariam*, przez Fráncyą / *per Galliam*, przez Wieś / *per Rus*, quæ etiam in nominibus proprijs nonnunquam vsurpari potest; vt przeiechał przez Kraków / *transijt per mediam Cracouiam*, sed ampliùs quid significat quàm si diceret ná Kraków.

Ad quæstionem *quamdiù*, długo / responde per Accusatiuum vt Vczyłem się w Páryżu trzy látá / trzy godźiny / puł godźiny / godźinę. *Studui Parisijs tres annos*, *tres horas*, *mediâ horâ*, *horâ*. Possumus etiam vt in latinis adhibere Præpositionem przez / *per*, cum Accusatiuo, vt przez trzy godźiny / *per tres horas*, przez wßytek czás / dźień / *per diem*, cáły dźień / & przez cáły dźień / *per totum diem*.

Ad quæstionem *quando?* kiedy? respondetur per Genitiuum przeßłego roku / *anno præterito*, czwártego dniá Máiá Roku Páńskiego 1649. *quarta Maij A.D.* 1649. Cæterùm sæpè etiam respondetur per præpositionem o cum vltimo casu, præser-

tim cùm in Gallicis per Datiuum respondere deberes: vt O ktorey godźinie? *quota hora?* o trzeciey w nocy/ przed południem / *tertiâ noctis, ante meridiem hora; a trois heures de nuict, deuant midy;* o południu/ o pułnocy/ o tym czáśie / *meridie, media nocte, hoc tempore; a midy a minuict, en ce temps lá.* Quod si de futuro sit quæstio, quod Galli efferunt per *d'uy a* vel *dans,* reddes per zá cum Accusatiuo: vt Zá rok/ *intra annum,* zá godźinę/ *post horam.* Dicimus etiam zá czásow Augustá Cesárzá / *æuo Augusti Cæsaris* seu *regnante Cæsare.*

Ad quæstionem *quàmpridem?* dawno? respondebis in Nominatiuo subaudiendo verbum iest / dwie lećie temu/ *iam duo sunt anni,* trzy niedźiele iákom nie był domá subauditur iest / *tres sunt hebdomadæ cùm non fui domi.* Cæterùm vbi Galli vtuntur *des,* quod Latinis *à* respondet, vtere tu semper præpositione od cum Genitiuo: vt Od młodośći moiey/ *à iuuentute mea, dés ma ieunesse;* od poczatku/ *ab initio;* od tego czásu / *ab hoc tempore;* od tad/ *ex nunc.*

Sic etiam ad quæstionem *quàm procul?* dáleko? seu cùm quæritur distantia loci, respondetur per Nominatiuum: vt Trzy mile od Krákowá mieśká/ *manet tribus milliaribus Cracouiá;* dáleko do Krákowá? & wiele mil ztad do Krákowá? *quot milliaribus hinc distat Cracouia?* respondetur Trzy mile/ ośmnaśćie mil / pułtorey mile/ milá rowna/ nie dáleko; *tribus, octodecim milliaribus, sesqui milliari, paruo milliari, non procul.*

Ad quæstionem *quomodo?* iako? respondetur per Ablatiuum: vt Jákim sposobem? *quo modo?* żadną miárą/ interdum additur præpositio z vt in Latinis *cum:* vt Przyiał mie z poczćiwośćią/

cum

cum honore, honorificè me excepit; z gniewem / *cum ira.*

Cùm significatur instrumentum aut causa propter quam, Ablatiuo vtimur vt in Latinis, pisáć piórkiem / *calamo scribere*, otworzyć drzwi kluczem / *aperire claui*, dał mu kijem w łeb / *baculo caput illius percussit*, zápalony gniewem / *accensus irâ.* Cæterum cùm in Latinis adhibetur præpositio, in Polonicis etiam vti ea potes: vt Nie mogł y przemowić od wielkiego żalu / *nec loqui quidem præ mœrore potuit*, od wstydu / *à verecundia* seu *præ pudore.*

Cùm excessus significatur, vtimur plerumq; præpositione w cum vltimo casu: vt Oná go przechodźi w vrodźie / ludzkośći / &c. *illa illum superat pulchritudine, humanitate*, quanquam & Ablatiuo vti possimus.

Cùm significatur materia ex qua aliquid fit, vtimur Præpositione z / *ex*: vt Miednicá z szczerego srebrá wyrobiona / *peluis ex solido argento facta.* Cæterùm adiectiua hic maximè sunt in vsu: vt Srebrny / *argenteus*, złoty / *aureus*, miedźiány / *æreus*, drewniány / *ligneus*, gliniány / *argillaceus*, &c.

Pretium quod in Latinis in Ablatiuo ponitur, reddimus vt plurimùm per præpositionem zá cum Accusatiuo: vt Kupił zá trzy grosze / *emit tribus grossis.* Dicimus etiam dał zá to trzy złote / *tribus florenis hoc emit*, & dał to zá trzy złote / *tribus id florenis vendidit*, &c. sic dałem po złotemu od iednego & sine od iednego / po złotemu płáćiłem / hoc est, *dedi pro singulis vnum florenum* seu *emi singula vno floreno.* Vbi etiam aduerte hunc numerum *vnus vna vnum* sæpissimè supprimi, cùm enim dicimus in singulari, satis declaramus esse id vnum

de quo loquimur, vt in exemplo *florenum* złoty non ieden złoty.

Mensura autem quæ in Latinis in Ablatiuo vel Accusatiuo ponitur, redditur per præpositionem ná cum Accusatiuo: vt Rzeká gleboka ná trzy kopije / *flumen profundum tribus hastis*, dlugi / ßeroki ná trzy lokcie / *longus, latus tribus Vlnis*. Dicimus etiam ma trzy lokcie wzdluz & dwá wßerz / *longus, latus tres Vlnas*, piec sążni wzwyż / cztery w gleb / *quinq; orgyiarum in altum, quatuor in profundum*.

Non habent Poloni Ablatiuum Absolutum, sed illum vt plurimùm reddunt per Præteritum Gerundij in ßy: vt Skonczywßy przemowe swoie poßedl / *finitâ concione abijt*, vczyniwßy to poiecháli / *hoc facto discesserunt*. Si verò sit in Latinis actiuum Participium, vt plurimùm redditur per Indicatiuum cum coniunctione gdy: vt Gdy dab vpá dnie kázdy drwá zbiera / *cadente quercu omnes ligna colligunt*, vel alia circumlocutione vtuntur: vt zá pánowánia / *regnante &c*.

DE VERBO PASSIVO.

VErba Passiua volunt post se Genitiuum cum præpositione od: vt Kto od Bogá vmilowan / czesto od ludzi iest nienawidzon / *qui à Deo amatur, sæpè ab hominibus spernitur*.

DE PARTICIPIO.

PArticipia suorum verborum constructionem sequuntur: vt Jest czlowiekiem w cnocie sie kocháiac.

cháiącym / y Páná Bogá ſie boiącym / *vir eſt amans virtutem & timens Dominum.*

DE ADVERBIO.

ADuerbia Demonſtrandi Nominatiuo gaudent: vt Oto ia / *ecce ego.*

Aduerbia Quantitatis quæ in Latinis regunt Genitiuum, eundem in Polonicis poſtulant: vt Pieniędzy śiła á rozumu máło / *multùm pecuniæ & paùm ingenij.*

Affirmatiuè quidem reſpondent Poloni interrogantibus, loco *ouy* Gallicè, ále vel ták / vel ták ieſt; ſed tamen vt plurimùm repetunt verbum, quod etiam in Latinis fit, vt byłeś? *fuiſtine?* reſpon: byłem / non verò ále vel ták niſi perrarò.

Vt in Gallicis ita & in Polonicis, duæ vel plures pro vnâ negationes ponuntur: vt *Nunquam eum vidi,* nigdym go nie widźiał; *ie ne l'ay iamais veu.*

DE PRÆPOSITIONE.

CVm quibus Præpoſitiones caſibus conſtruantur, iam dictum eſt in etymologia.

DE CONIVNCTIONE.

Choć / choćiaż / *etiamſi,* & Synonimæ, gdy / ieśli / kiedy / *ſi,* & chybá / *niſi fortè,* præponuntur imperfecto & pluſquam perfecto Subiunctiui: vt Choć bym wiedźiał / iednákbym nie powiedźiał / *etiamſi ſcirem, tamen non dicerem;* powiedźiałbym chybá bym nie wiedźiał / *dicerem modò ſcirem, niſi fortè ignorarem.* Cæterùm in alijs temporibus cum Indicatiuo conſtruuntur: vt Choć wiem toć nie

powiem /

powiem / *licet ſciam non tamen dicam*, powieß chyba niewieß / *dices niſi ignores, ſi ſcias.*

Byle/*dummodò*, in omnibus temporibus Subiunctiuo gaudet: vt Szedłbym bylebym mogł/ *irem ſimodò poſſem*; ſic poyde bylebym mogł / *ibo modò poſsim*, ſæpè ſupprimitur by / bylem mogł / *modò poſsim*; vt ſemper fit in áby & żeby/ vt de quibus in etymologiâ fuſiùs egi.

DE INTERIECTIONE.

INteriectiones vocandi o / hey / &c. cum Vocatiuo conſtruuntur, o człowiecze / *ô homo.*

Nieſzczeſny/ *hei* vel *proh*, cum Datiuo: vt Nieſzczeſny mnie dźiewczynie ſtrapioney/ *hei mihi puellæ afflictæ*; Biádá / *væ*, Datiuo ſimiliter gaudet: vt Biádáß tobie / *væ tibi.*

Cæteræ vix cum caſibus conſtruuntur.

Et hæc de Syntaxi ſufficiant. Reliqua vſus & lectio aſſidua potiùs quàm ars aut regulæ docebunt.

FINIS.